


- amelant

W

H31
9





Godofredus BOENIGKE, LIPSIENSIS.
BESL ET IUD. NAT. D. XXX. SEPT. MDCLXX.
Lipsia quem genuit nutritnunc stalla per annos
Vigintiquatuor sic et ad huncce diem;
Vixit in obscuris Doctoris munere fungens,
Alterius ne sit, dum suis esse potest,
Nupius ad nutum morietur quando iubehit,
Interea viraret fata precario sua.
* Symb. Viricam mea fata precando.
Halle Magdeb. 22. Febr. 1717.

sculpsit par Bernigkath.

GODOFREDI Boenigkſ/ Lips.

PHIL. ET JUR. U. DOCTOR.

PRACTICA PRACTICATA,

h. c.

Fundamenta Processus Civilis, per Defini-
tiones, Divisiones, Præsupposita & Axiomata succincte exposita,
per varias formulas scriptorum in Foro occurrentium illustrata, &
ad casum in Contradictorio adhuc pendentem applicata,

MELIORIS ORDINIS ERGO IN TRES PARTES

DIVISA,

QVARUM PRIMA IPSA FUNDAMENTA,
SECUNDA FORMULAS SCRIPTORUM PROCESSUALIUM,
TERTIA CASUM ET PROCESSUM IN TERMINIS
CONTINET.

PARS PRIMA.

ORDINE PERVENIES, QVO NON DATUR IRE LABORE.
EDITIO SECUNDA PRIORI MULTO AUCTION ET CORRECTION.



FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Impensis JOH FRIDERICI ZEIDLERI, MDCCXVII.

GOGORI EPI. B. MUS. LIB. I. 18.
LITERATUR & DECOR.
PRAEATACONI

PER TITULUM PRAEATACONI
PROLOGO EXORDIO A. 18. 18. 18. 18. 18. 18.

IN TITULUM PRAEATACONI

EXORDIO A. 18. 18. 18. 18. 18. 18.



L 121

18. 18. 18. 18. 18. 18.



PRÆFATIO AD LECTOREM.



Urisprudentiam Romano - Civi-
lem ad Disciplinas Præcticas pertinere,
fatentur omnes ; interim in disputan-
do, docendo, & scribendo pauciores
recordantur. Sunt, qui dum prima
Juris illius Elementa exponunt, non
saltem occasione cuiuslibet fere vocis
varias figuras, tropos, & hyperbolica verba corradunt, in
tantum, ut Commentarios in Folio edant, mole sua totum
Juris Corpus excedentes, sed etiam circa obsoletas mate-
riias Legis Aquiliæ, Fusiaæ Caniniæ, Hortensiæ &c, adeò
prolixii immorantur, ut, quæ ad Forum spectant, de Actio-
nibus, Exceptionibus, Poena temere litigantium, ad finem
perduicti, vel planè prætereant, vel levi saltem brachio at-
tingant, eademque ratione circa reliquos Juris Civilis Li-
bros procedant. His uti merito in mentem revocandum
esset, frustra inculcari, quæ vitæ civili non inserviunt,
quæque, ut suum cuique tribuatur, nec directè, nec indi-
rectè aliquid conferunt; ita è contrario alii in defectu pec-
cant,

cant, dum omnia promiscue ad usum fori statim applicant,
 priusquam Juris Romani historiam vel exposuerunt, vel
 principia, ex quibus dicenda sua sponte fluunt, prælimina-
 riter suppeditarunt, certo persuasi, aliquique persuadentes,
 Juris Romani in Terris Imperii Germanici, vel nullum
 vel exiguum esse usum. Quem in finem non saltem innu-
 meros istius Juris naevos colligunt, & Tribonianii Emble-
 mata perstringunt; verum etiam studiose juventuti Auto-
 res sunt, ut, cognitis Juris Naturalis principiis, statim ad
 patria Jura se conferant, ex iis necessaria sibi explicari cu-
 rent, & Juris Civilis cognitionem vel ex alto supercilio
 contemnant, vel saltem in subsidium perlustrant. Horum
 sententiae quemadmodum nunquam subscribere potui, par-
 tim quod utilitatis speciem præ se ferens plus difficultatis,
 quam emolumenti post se trahat, partim quod vix ulla re-
 periatur Constitutio Patria, in qua centum & plures Roma-
 norum Terminos, Doctrinas, & Præsupposita non reperias,
 procul dubio, quia Germani Compilatores juris Civilis sci-
 entia imbuti, etiam non animadvertisentes, more Romano lo-
 qui assueverunt, ita recte facturos omnes puto, qui, ne ex Scylla
 in Charybdis incident, in explicanda Juris Romani Do-
 ctrina, id unicè cordi habent, ut præmissa brevibus cuiusvis
 Tituli historia, Juris Naturalis Principia ad istam materiam
 spectantia solide exponant, Conclusiones exinde fluentes
 deducant, deinde ad juris Romani dogmata applicant, im-
 primis vero, in quantum hæc cum illis con-vel disconve-
 niant, distinctè demonstrent, & tandem in fine usum modernum,
 si non totius Imperii Germanici, ad minimum sui Ter-
 ritorii & eò pertinentium Provinciarum adjiciant, ne olim
 in novum orbem pervenisse videantur, quotquot tempus a-
 cademicum in imbibendis Romanorum subtilitatibus con-
 sumserunt, vel aliis insultent, qui multa ex isto iure vel
 abro-

abrogata, vel nunquam in Germania recepta fuisse contendunt, autoritatem *L. Sancimus* 27. *C. d. Testam.* floccii pendentes. Movit hæc ratio & me, ut hactenus in Collegiis æque privatis ac privatissimis hanc methodum adhibuerim, de uberrimis ejus fructibus satis superque convictus. Cum vero in Foro non sufficiat, Materialia, ut vocant, Causarum nosse, & quænam ad fundandam vel Actionem vel Exceptionem inserviant, sed insuper etiam requiratur, ut ordine & decenter singula proponantur, ventilen-
tur, & disputatione, ideo absoluta Digestorum Explicatione, ut plurimum Modum procedendi in Foro Auditores docui, insimulque ipsius casum pertractandum proposui, quod ma-
num adhiberent, & quæ ante hac audiverunt, in succum &
sanguinem converterent. Cesit equidem hoc institutum ex parte feliciter, imprimis postquam Actorum judicialium Inspectio & exinde per Auditores facta Relatio, addita, ubi opus fuit, infucata censura, non parum emolumenti contri-
but: interim cum absque fundamentis processualibus diffi-
cile, ne dicam impossibile sit, in scenam fori prodire, eamque ob causam necessitas jussit, ut ante omnia fundamenta pro-
cessus ductu cuiusdam Autoris, quem vota majora Audit-
rum elegerunt, fusi exponerem, & ad scopum applica-
rem, evenit, ut vel Tempus Progymnasmatis Practicis
destinatum, vel patientia dissentientium tandem deficeret, ini-
quum esse existimatium, si ultra semestre spatium huic La-
bori consecrarent. Eam ob causam, sepositis omnibus Au-
toribus, quos antea explicui, principia quædam ad calamum dictitavi, insimulque exemplis tam veris quam fictis in con-
tinenti illustravi, quo Auditores non saltem intelligerent,
quæ dicta, sed etiam ad alios casus in vita civili vel Docto-
rum scriptis occurrentes facilis negotio applicarent, memor
illius, quod vox audita pereat, litera scripta superfit. Ve-
rum

rum cum & haec dictandi ratio multum temporis consum-
 ferit, præterea ex Auditoribus fuerint, qui vel verba profe-
 rentis non debite audientes vel nimis tarde scribentes sum-
 ma imis miscuerunt, quæ nec per somnum in mentem mi-
 hi pervenire potuerint, tandem suffragiis Auditorum laces-
 situs fidem dedi, me ea quæ hactenus dictata & excepta fue-
 re, adhibita prius manu medica, in ordinem redacturum, &
 publici juris effecturum, quo & tempori & sumtibus parce-
 re possint, quorum interest, regulas processus extra strepi-
 tus forenes didicisse. Atque adeò hanc opellam non in
 gratiam eorum, qui in Album Advocatorum recepti, sed
 unice in communum studiosæ juventutis consarcinavi. Dum
 verò Practicam Practicatam, voce fortassis barbara, nomino,
 eo ipso innuere volui, me pleraque, quæ hic congesta, vel
 ipsum observasse, vel per alios in Contradictorio deducta &
 præjudiciis confirmata notasse. Cæterum etsi disimulare
 non possim, me in colligendis potissimum Notabilibus mul-
 ta ex Carpzovio, Martino, Fibigio & aliis probatae Lectionis
 Practicis extraxisse, atramen nemo propterea me vel alicu-
 jus Plagii vel vanæ gloriola accusabit, quod multitudine
 allegatorum formam Tractatus difformem reddere nolle-
 rim, præsertim cum istæ allegationes plus superbiae quam
 utilitatis præ se ferre videantur. Tu interim Benevolè Le-
 ctor, ea, quæ ad palatum tuum scripta, æqui consule, quæ mi-
 nus, emenda, & corrige; utrumque eodem loco ponet,
 omnis ambitionis expers

AUTOR



Q. D. B. V.

CAPVT I.

De

PROCESSV IN GENERE.

SVMMARIA.

- I. Methodus hujus Operis. II. Processus Definitio. III. Divisio? IV. Partes Processus Ordinarii. V. Partes Summarii. VI. Occurrentia in omni Judicio. VII. Persona Judicium constituentes. VIII. Actionem instituere intendit: Attendenda illi qui. IX. Definitio Fori. X. Species Fori Communis. XI. Forum Domicili. XII. Vagabundi Forum. XIII. Forum rei sive. XIV. Forum Contractum. XV. Forum delicti. XVI. Species fori privilegiati. XVII. Forum Mediatum. XVIII. Fori Mutatio.



Ulm Theoria absque Praxi sit corpus sine spiritu,
Praxis vero Advocatoria sine fundamentis juris
ars merè rabulistica,
Hinc nonnisi illa absoluta ad hujus arcana de-
veniendum,
Adhibendo methodum talem, quæ memoriae
servit, & judicium auget,
Quem in finem Pars hæc Jurisprudentiae ita
tractanda,

Ut Generalia præcedant, Specialia sequantur.
Quemadmodum vero quævis Causa controversa constat suis
Materialibus, quæ sunt causæ merita
Formalibus, quæ sunt procedendi solennia,

A

In tunc-

2 CAPVT I.

In tantum, ut recte loquendo Processus sit

Forma legitima causas controversias proponendi, ventilandi, cognoscendi, decidendi, & exequendi,

Judicij vocabulum pro Synonymo agnoscens;

Ita Judicium formaliter acceptum est

vel { *Seculare*, quod tractat negotia secularia,
{ *Ecclesiasticum*, quod tractat negotia ecclesiastica.

Seculare rursum

vel { *Civile*, in quo agitur ad Interesse privatum.
{ *Criminale*, ubi agitur ad Interesse publicum.

Criminale rursum

vel { *Accusatorium*, ubi proceditur ad libellum accusatorium,
{ *Inquisitorium*, ubi proceditur ex officio, prævia

vel { Fama publica constante,
{ Denunciatione legitima,
{ Delinquente in flagranti deprehenso;

Non tamen aliter, quam si denuncians
in secundo casu sufficientia Indicia
suppeditet, & de corpore delicti
apoditicè constet,

Civile rursum, ratione Objecti

a) { *Reale*, ubi agitur de Jure in Re, v. g. Vindicatio, Hereditatis petatio, Publicana Actio.

vel { *Personale*, ubi agitur de Jure ad rem, v. g. Emti, injuriarum, tutelæ.
{ *Mixtum*, ubi partim de Jure in Re, partim de Jure ad rem
agitatur, v. g. familiae herciscundæ, finium regundo-
rum, communi dividundo. §. 20. *J. de Ad.*

Reale rursum

vel { *Petitorium*, ubi agitur de Jure, Titulo, Pacto, &c.
{ *Possessorium*, ubi agitur de possessione

vel { acquirenda.
{ retinenda.
{ recuperanda.

Possessorium rursum

vel { *Summarissimum*, ubi de ultimo actu quietæ possessionis de
quo cap. 34.
{ *Ordinarium*, ubi de actibus antiquioris possessionis agi-
tur, de quo Cap. 35. b) Ratio-

DE PROCESSV IN GENERE.

3

- b.) Ratione modi procedendi
- | | |
|------------|--|
| <i>{</i> | <i>Ordinarium</i> , ubi omnes solennitates processus observantur. |
| <i>vel</i> | <i>Extmordinarium</i> (<i>summarium</i>) ubi de simplici & plono proceditur. |

Et hoc summarium rursus est

- | | |
|------------|---|
| <i>{</i> | <i>Summarium simpliciter</i> , ubi causa summè favorabilis, <i>de quo Cap. 32.</i> |
| <i>vel</i> | <i>Summario Executivum</i> , ubi agitur ex Instrumento Gua-
rentigatio, <i>de quo Cap. 33.</i> |

Et si vero pleræque solennitates in summario negligantur.

Rejeclis potissimum dilationibus, fériis humanis &c.

Atam:n substanstialia Proceslus omitti nequeunt,

Alias vitium insanabile exinde nascitur.

Quo ergo de solennitatibus Processus conster,

Scire oportet, illa ut plurimum quidem variare

Juxta varietatem styli Judiciorum;

Communiter tamen consistere in

1 Libello.	19 per Testes,
2 Citatione.	20 Documenta,
3 Termini præfixione.	21 Juramenta,
4 Dilatōne.	22 vel Ocularem Inspectionem.
5 Comparatione.	23 Propriam adversarii confessionem.
6 Contumaciae accusatione.	24 Reprobatione.
7 Satisdatione.	25 Attestatorum publicatione.
8 Propositione.	26 Probationis disputacione.
9 Dilatoriis Exceptionibus.	27 Actorum Inrotulatione.
10 Legitimatione.	28 Sententiae publicatione.
11 Litis contestatione.	29 Declaratione.
12 Peremptoriis Exceptionibus.	30 Leuteratione.
13 Litis denunciatione.	31 Appellatione.
14 Autoris Nominatione.	32 In integrum restitutione.
15 Interventione.	33 Actorum revisione.
16 Reconventione.	34 Nullitatis interpositione.
17 Processus Reassumptione.	35 Supplicatione.
18 Probatione.	36 Executione.

A 2

Ecoa-

Econtrario in Judicio summario occurrere

- | | |
|----------------------|----------------------------|
| 1 Facti Narrationem. | 4 Demonstrationem. |
| 2 Citationem. | 5 Sententia publicationem. |
| 3 Responsionem. | 6 Executionem. |

Interim quocunque Judicium demum etiam sit, & quocunque nomine illud veniat.

Semper tamen in eo notanda occurunt, sine ullo discrimine,

I. Personæ.

II. Causæ.

III. Modus.

Personæ judicium constituentes sunt

- | | |
|-----|--|
| vel | { <i>Minus Principales</i> , que abesse possunt, |
| | { <i>Principales</i> , que abesse nequeunt. |

Ad minus principales pertinent

- | | |
|-----------------|-----------------------|
| a) Advocatus. | e) Interveniens. |
| b) Procurator. | f) Denunciatus. |
| c) Secretarius. | g) Nominatus. |
| d) Testis. | h) Minister publicus. |

Ad principales referuntur

1 *Judex.*

2 *Actor.*

3 *Reus.*

Judex est persona, publica auctoritate constituta, habens potestatem controversias litigantium audiendi, cognoscendi, decidendi, & exequendi.

Actor est, qui ab altero aliquid prætendit.

Reus est, à quo aliquid prætenditur.

Ne vero Actor frustra sumptus impendat,

Aut plane in expensas condemnetur,

Ante omnia ad sequentia attendat,

- | | |
|----------------------------|-----------------|
| 1 <i>Quis</i> | } agere possit? |
| 2 <i>Contra quem</i> | |
| 3 <i>Ad quid</i> | |
| 4 <i>Ex quo fundamento</i> | |
| 5 <i>Quamdiu</i> | |
| 6 <i>Quomodo</i> | |
| 7 <i>In quo foro</i> | |

Sicuti

DE PROCESSV IN GENERE.

5

*Sicuti vero Forum definitur, quod sit
Legitima In*stantia*, ubi Reus invitus stare, & decisioni Judicis se
submittere cogitur*

Ita est

vel { *Commune*, quod respicit Reum absque distinctione.
{ *Privilegiatum*, quod respicit Reum sub distinctione.

Commune rursus est

vel { *Originis.*
{ *Domiciliis.*
vel { *Rei sitae.*
{ *Contractus.*
{ *Delicti.*

Equidem originis Forum in Theoria est

vel *Generale*, Urbs Roma.

vel *Speciale*, Locus Nativitatis.

Ait quoad competentiam *Utriuque* in praxi nullus est usus.

Cum Judicis potestas ultra territorii limites se non extendat,

Praterea ab urbe Roma ad sedem Imperatoris vel alterius Principis argumentari non liceat.

Forum Domiciliis est, ubi quis sedem fortunæ suæ tamdiu figit, donec ipsum quid avocet.

Atque in hoc foro omnes institui possunt Actiones

<i>Reales</i>	&	<i>Personales.</i>
<i>Civiles</i>	&	<i>Criminales.</i>
<i>Pestitoriae</i>	&	<i>Possessoriae.</i>
<i>Ordinariae</i>	&	<i>Extmordinarie.</i>

Nulla prorsus actione excepta, *Vid. L. un.* ubi conv. qui cert. loc & L. 2. C. de Jurisd. omn. jud.

Etiamsi ex capite Administrationis oriatur,

Cum L. 2. C. ubi de *Ration.* quam Dissidentes allegant, favorem Rei presupponat; & non loquatur de Actore, sed de Reo, ubi hic stare teneatur,

Imo licet communiter Remedium L. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. excipiant,

Quoniam hoc Remedium accurate loquendo non est Actio, sed officii Judicis Imploratio,

Dum *Hertz* in ejusmodi testamento institutus, in causa Principalis Rei vices sustinet;

A 3

Adeo,

Adeo, ut Judex rei site faltem ad exequendum imploretur,
ubi Actor in Reali Actione obtinuit,

Interim Vagabundus, qui Domicilium non habet
 Ubi reperitur, convenientius.

vel { Edicitaliter citandus.

Curator absentis ipsi constituendus.

Forum Rei site est, ubi res litigiosa reperitur,

Sine ullo discrimine, sitne illa

vel { Mobilis vel { Seipsum movens
 Immobilis ab alio mota:

In hoc Foro instituuntur tantum Actiones

1 Reales.

2 Mixta.

3 In rem scriptae.

Forum Contractus est, ubi Contrahentes contractum perfecte celebrarunt.

In hoc Foro instituuntur tantum Actiones, quae

a) ex contractu descendunt.

b) ad contractus consummationem tendunt.

Non tamen aliter, quam si

c) Contractus, ibi fuerit perfectus,

d) ad istum locum destinata solutio,

e) Contrahens ibi reperiatur.

Exceptis faltem ob singulare privilegium

Nundinis & Postis

Forum Delicti est, ubi quis deliquerit.

In hoc Foro instituuntur Actiones ex Delicto

modo sequentia occurrant requisita, ut

1 Delinquens ibi reperiatur,

2 Citatio ipsi in continentis insinuetur,

3 Ad Interesse laesi agatur.

Huius vero hoc Forum rursus est Delicti

{ Attentati

Incendi

{ Consummati

Apprehensionis

Ita in illorum Concurso Forum Deprehensionis reliquis derogat,

I

DE PROCESSV IN GENERE.

7

In tantum ut remissiones Delinquentium sint meræ civilitatis.

Privilegium Forum rursus est ratione
vel Personarum,
vel Causarum.

Ratione Personarum est

- | | |
|----------------|----------------------------|
| 1 Illustrium. | 5 Schriftsafforum. |
| 2 Militum. | 6 Landafforum. |
| 3 Clericorum. | 7 Amtafforum. |
| 4 Studioforum. | 8 Miserabilium personarum. |

Ratione causarum est

- | | |
|-----------------|---------------|
| 1 Feudale. | 5 Arresti. |
| 2 Criminale. | 6 Concursum. |
| 3 Forestale. | 7 Prorogatum. |
| 4 Matrimoniale. | 8 Connexum. |

vel *Immediatum*, quod quis habet ex persona sua.

vel *Mediatum*, quod quis habet ex persona alterius.

Licit vero certum sit, quod sequantur L. 8. ff. de Senat.

Uxores, Mariti
Liberi, Patris } Forum
Domestici, Domini }

Atamen mutato statu, mutatur Forum;

Modo Exceptio fori mutati probari possit.

Nisi mutatio facta sit lite pendente.

NOTABILIA.

- 1 Quod coram Consistorio nunquam agi possit criminaliter.
- 2 Quod in processu accusatorio nec locus sit juramento supplex à parte Accusantis, nec purgatorio à parte Accusati.
- 3 Quod duæ cause criminales in uno libello cumulari nequeant.
- 4 Quod coram Judice Jurisdictionem Criminalem non habente, nec Actio Criminalis intentari possit.
- 5 Quod Judicium Ecclesiasticum simplex sit, nec patiatur subdivisionem.
- 6 Quod Judex iis, que jura partium concernunt, se immiscere non debat; nisi
 vel Talis potestas ipsi à partibus expresse data
 vel Omissio eorum Judicium retro redderet nullum.

7 Quod



CAPVT I.

- 8 Quod Landsassii, quibus alibi habitantibus in feudo aliquo simultanea investitura competit, etiam in causis mere personalibus & Nonfeudalibus in Curia Domini comparere teneantur, sub poena denegandæ successionis in caufam aperturæ.
O. P. M. R. Cap. I. §. 14.
- 8 Quod Clerici, Nobiles &c. in Foro rei sitæ intuitu Actionis Reali conveniri quidem possint, sed tamen per Judicem suum in subfidiu citari debeat.
- 9 Quod Tutor, Curator &c. in Foro Domicilli conventus ad Forum administrationis quidem provocare possit, non tamen alter, quam prestita cautione de Judicio fisti & judicatum solvi.
- 10 Quod Remedium *L. fin. C. de Edict. D. Hadri. coll.* non sit Actio, sed pura officii Judicis Nobilis Imploratio.
- 11 Quod propter Jus de non Evocando Statibus Imperii competens, Tutor è Foro domicilli ad Forum administrationis trahi nequeat.
- 12 Quod Judex Delicti consummati, licet literas Inquisitoriales ad Judicem deprehensionis miserit, deprehensum tamen invitus recipere non teneatur.
- 13 Quod tamen Judex deprehensionis propterea incarceratedum dimittere nequeat, sive eundem sive diversum Principem cum Requirente agnoscat.
- 14 Quod Forum Miserabilium in Ducatu Magd. locum habeat, licet concurrent personæ æquè privilegiata sine discriminâ, utrum Actoris, an Rei vicibus fungatur. *O. P. R. Cap. I. §. 12.*
add. L. un. C. qu. imper.
- 15 Quod Forum Miserabilium cesseret non saltem in causis criminalibus, disciplinaribus & injuriarum, sed etiam tunc, si quis jam coram ordinario judice cepta aut hic sit in perpetua possessione vel quasi cognoscendi de causis miserabilium.

A X I O M A T A .

- 1 Quale petitum, talis Libellus, qualis libellus, talis processus.
- 2 Quoties quis petit vel poenam corporis afflictivam, vel aliam Fisco applicandam toties petitum criminaliter est formatum.
- 3 Quoties vero quis agit ad Interesse privatum, & mulctam sibi applicandam, tinties petitum civiliter est formatum.
- 4 Actor sequitur Forum Rei.

5 In

- 5 In concursu Actionum eligenda illa quæ effectu pinguior, & probatius facilior.
- 6 Quæ coram Judice incompetente gesta, ipso jure nulla sunt.
- 7 Mutatio domicilii in dubio non præsumitur.
- 8 Sicut unica est persona REI, ita unicum domicilium.
- 9 Domicilium non requirit domum, & domus non inducit domicilium,
- 10 A mutatione domus ad mutationem domicilii nulla valet consequentia.
- 11 Ubi lis copta, ibi finienda. *L. 50. ff. d. Judic.*
- 12 Reatus omnem excludit dignitatem.
- 13 Quæ ad substancialia processus pertinent, sine vitio Nullitatis omitti nequeunt.
- 14 Stylus curiæ valet pluris, quam tota scientia Juris.
- 15 Omnis Actio personalis contra Clericos eorumque domesticos privative ad Consistorium spectat.
- 16 Omnis causa vere spiritualis privative ad Consistorium pertinet.
- 17 Omnis causa quasi-spiritualis privative ad Consistorium pertinet.
- 18 In dubio causa potius præsumitur secularis, quam ecclesiastica.
- 19 Quories in causa ecclesiastica emergit punctus incidens ecclesiasticus, toties causa principalis tamdiu in suspenso manet, donec hic fuerit definitus. *O. P. R. Cap. I. §. 18.*
- 20 Quicquid juris & solennitatis est in processu civili ordinario, illud multo magis juris & solennitatis est in processu criminali accusatorio.

CAPVT. II.

De

REMDIIS IMPEDIENDI
PROCESSVM

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Remedia impediendi processum quæ? 3. Compromissum quid?
4. Quæ cautela circa compromissum? 5. Transactio quid? 6. Quotuplex?
7. De quibus negotiis transfigere licet? 8. De quibus negotiis non licet transfigere? 9. Effectus transactionis. 10. Ejus contraria. 11. Responsum

*sum quid? 12. Responfa a quo petuntur? 13. Responsorum quis effetus.
14. Commisſio quid? 15. In omni commiſſione ad quæ attendendum? 16.
Commisſionis antecedentia. 17. Concomitantia. 18. Conſequentia. 19. Con-
trariantia.*

Quoniam macre concordium melius est pingui ſententia,
Hinc ante omnia tentanda Remedia impediendi proceſſum,
Adeo, ut iudex peccet in conſientia, quia ea studio neglit.
Spectant ad hæc potiſſimum

- 1 Compromiſſio.
- 3 Reſponsi Petitio.
- 2 Transactio.
- 4 Commisſio.

*I. Compromiſſum est pactum, quo duo plures inter ſe conveniunt de
cauſe decisione in arbitrium tertii conferenda.*

Ifia Conventio, ut effectum conſequatur, confiſtum est, ut

a) Certa poena in caſum contraventionis ad pios uſus appli-
canda.

b) Omnipotens Juris beneficiis renuncietur maxime beneficio.

L. 5. 12. C. de Rec. Arbitr. & L. 76. ff. pro loc.

In tantum, ut nec Reductioni ad arbitrium boni viri locus maneat.

*II. Transactio est rei controverſa, aliquo dato, & aliquo remiſſo, ami-
cabiliter facta compositio.*

Estque a) { Universalis, qua omnes lites
vel { Generalis, qua multæ lites } componuntur.
Specialis, qua certa lis

b) vel Judicialis, vel Extrajudicialis.

c) vel Jurata, vel Non-jurata.

d) vel Simplex, vel Poenalis.

e) vel Transactio in speciei, vel Gratuita Remiſſio.

Transigunt, qui non prohibentur

vel Natura, vel Lege.

De omnibus Negotiis controverſis.

Nec interest an fint de

Rebus, vel Factis.

Nisi quod excipiuntur controverſiae,

a) Alimentorum futurorum.

b) Matrimoniales.

c) Criminales.

d) relictorum in ultima voluntate non inspectis tabulis.

Ita;

DE REMEDIIS IMPENDIENDI PROCESSVM.

Uti vero transactionis potiores effectus sunt, quod

- 1) Äquipolleat judicato.
- 2) Non queratur an recte, sed an transactum sit.
- 3) Illud quod minus solutum, censeatur donatum.
- 4) Pariat Exceptionem litis ingressum impedientem,
- 5) Sub prætextu noviter repertorum instrumentorum rescia.
di nequeat.

modo Excludat querelam *L. 2. C. de Resc. Vend.*

- a) omnia gerantur bona fide.
- b) Non extendatur ultra cogitata

Ia tollitur transactio,

- | | |
|------------------------------|-----------------------------------|
| a) Dolo | c) Instrumentis noviter repertis. |
| b) Falsa causa | d) mutuo dissensu. |
| e) non subsecuto implemento. | |
| f) in integrum restituzione. | |

Formulam ejus vide *p. 2. p. 10. seqq.*

III. Peritio Responsi est actus, quo facti species una cum circumstantiis
& documentis necessariis ad Collegium juridicum transmit-
titur, eum in finem, ut quid juris sit, per rationes dubi-
tandi & decidendi demonstretur. *L. ut responsum i. C. de*
Transatt.

Petuntur responsa a

vel Judice, vel Parte.

A judice rursus

vel Ex necessitate, vel Ex libera voluntate.

Si judex petierit ex necessitate, ne latum unguem ab his recedat;

Sin ex libera voluntate, pro lubitu sequitur, vel non.

*A*st non sequendo item suam facit,

Et parti læse ad Interesse tenetur.

A parte rursus,

vel Una vel Utraque.

Si ab una, equidem alteri non nocent,

Et Petenti non adeo multum profund,

Nisi quod immunis sit ab expensis temerarii litigii. *L. 79. ff. de Judie.*

modo non sub & obrepticie utramque obligant.

IV. Commissio est beneficium iutis quo ad evitandas litium molestias a superiore petitur, ut certis personis cognitionem controveriae injungat, ipsisque potestatem tribuat
vel Componendi, vel Referendi, vel Decidendi.

Hec ut perspicue cognoscatur, attendendum est tam ad

Antecedentia, concomitantia, consequentia, contrariantia.
quam ad

Exrahentem, Extractum, Committentem, Commissarium.

Ad antecedentia pertinet:

- 1 Supplicatio pro impetranda commissione.
- 2 Supplicatio pro commissione deprecanda.
- 3 Supplicatio pro declinandis Commissariis.
- 4 Supplicatio pro adjungendis Commissariis.
- 5 Rescriptum Commissoriale.
- 6 Citatio Commissariorum ad partes.
- 7 Supplicatio pro promovenda Commissione.
- 8 Supplicatio pro differenda Commissione.
- 9 Supplicatio pro cassanda Commissione.

Ad Concomitantia spectat

- 1 Apertura commissionis.
- 2 Commissariorum admonitio.
- 3 Utriusque partis propositio.

Ad consequentia refertur

- 1 Partium feces.
- 2 Conciliacionis tentatio.
- 3 Ad superiore relatio, vel { Pura,
Relativa.
- 4 Amicabilis compositio.
- 5 Controversiarum decisio.
- 6 Receffus commissionis conceptio.

Ad contrariantia.

- a) Commissionis cassatio.
- b) Causæ ablegatio.
- c) Commissariorum altercatio.
- d) Commissariorum deprecatione.

NOTABI-

NOTABILIA.

- 1 Quod Judex omittendo tentamen amicabilis compositionis peccet quidem in conscientia, actus tamen in Judicio gesti propterea non fiant ipso Jure nulli.
- 2 Quod hodie super delictis commissis, tam publicis, quam privatis, tam capitalibus, quam non capitalibus, quoad Interesse privatum valida sit transactio.
- 3 Quod beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. moribus nostris tam in transactionibus judicialibus, quam extrajudicialibus merito cesseret.
- 4 Quod minores & hisce similes, sicuti de immobilibus absque decreto de alienando disponere nequeant, ita nec aliter transigere possint.
- 5 Quod in arbitrio ejus, qui intuitu transactionis quid dedit, confitatur, an velit agere ad adimplendam transactionem, an vero ad repetitionem ejus, quod dedit, mediante condicione causa data, causa non secura.
- 6 Quod in casu ubi is, qui intuitu Transactionis quid accepit, transactionem ipse impugnare audet, exceptio prejudicialis de restituendis prius acceptis ipsi obster, eaque à litis contestatione liberet. *Vid. L. 14. C. de Transact.*
- 7 Quod extrahens commissarios in casu, si ille aperturam commissionis differant, ipsos mediante supplicatione, ut rescripto commissoriali satisfaciant, modeste monere debeat.
- 8 Quod citationi ad partes inserenda sit copia Rescripti Commissorialis.
- 9 Quod regulariter sumtibus petentium Commissiones expediantur, exceptis iis, quæ ex officio decernuntur.
- 10 Quod commissionem declinaturus melius agat, si causas pro declinanda Commissione immediate coram committente proponeat.
- 11 Quod Extractus coram Commissione comparendo ante omnia protestari debeat, ne ea, quæ impræsentiarum proponet, vel confitebitur, aliquando in ejus præjudicium explicentur.
- 12 Quod Commissarius in casu amissi Rescripti Commissorialis, vel

ad domesticos provocare, vel aliud Rescriptum petere, vel originalis mentionem silentio præterire debeat, add. Dn. Stryk.
Introduct. ad Pr. For.

- 13 Quod petens jure consultorum Responsum documenta ad spe-ciem facti pertinentia inserere debeat,
- 14 Quod plures Commissarios petens curare debeat, ut clausula; & non omnes &c. Rescripto Commissoriali inseratur.
- 15 Quod diffensum Commissariorum inter se præsumens petere pos-fit, quo suis Commissariis mandetur, ut relationem actis & juri conformatem separatim conscribant, & ad Committentem transmittant,

AXIOMATA.

- 1 Verecunda mentis cogitatio ejus est, qui lites execratur.
- 2 Spiro licet spirant, sed non expirant.
- 3 Commissiones sunt stricti juris.
- 4 Quod Actori concessum, Reo non est denegandum.
- 5 Quoties transactio non valet ut transactio ob subtilitatem juris civilis, toties moribus ad minimum valet, ut pactum de nil amplius petendo. *vid. L. 35. ff. d. Paet.*
- 6 Quicquid non potest componi vi Commissionis, illud ad mini-mum potest componi per modum Compromissionis.
- 7 Ubi personæ industria electa, ibi per alium invito Adversario ne-gotium expediri nequit. *L. 31. pr. ff. de Solut.*
- 8 Invitus Nemo coram Commissione stare cogitur, si illa concernit iura partium. *O. P. R. Cap. 4. §. 6.*

CAPVT. III.

De

REMEDIIS EXTORQENDI PROCESSVM.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Quibus easibus quis invitus ad agendum compelli possit?
3. Provocatio ex L. diffamari quid? 4. Provocatio ex L. Si contendat quid? 5. Quomodo haec duo remedia inter se convenient? 6. Qua na-tione

tione inter se differunt? 7. In cognoscendis bis remediis ad quenam attendendum? Diffamatio & injuria quot modis inter se differunt? 9. In Termine prefiso, si neuter comparet quid consilii? 10. Quid si provocatus tantum? 11. Quid si Provocans tantum? 12. Quid si provocatus diffamationem neget? 13. Quid se affirmet?

ET si nemo regulariter ad agendum compelli possit.

Cum Actio sit juris beneficium,
Quod invito obrudi nequit;

Atamen id non raro evenire solet
Ut indirecta ad agendum quis cogatur,
Scilicet, si ab altero provocetur.

Vel ex Leg. Diffam. 5. C. de Ingen. manum.

Vel ex L. si contendat 28. ff. de fidejuss.

Idem est, si ratione officii ad agendum obligatus fit

Vel Expressè, si cui quid relictum sub conditione ut agat.

Vel tacite, si senior familiæ, tutor, Curator &c.

Es autem Provocatio ex Leg. Diffam. 5. C. de Ingen. manum. beneficium juris competens illi, de quo aliquid dictum vel scriptum, quod per se non est injuriosum, sed tamen falsum, contra eum, qui dixit, ad hoc, ut in judicium veniat, & que dixit, aut scripsit, vel proberet, vel perpetuum silentium patiatur.

Provocatio ex Leg. si contendat 28. ff. de fidejuss. est, Beneficium Juris, competens confidejussori ejusque heredibus contra Creditorem, ejusque heredes, ad hoc, ut in judicium veniat, Exceptionem divisionis audiat, & ratam competentem a provocante accipiat, aut perpetuum patiatur silentium.

Idem Remedium competit Fidejussori intuitu Exceptionis Ordinis seu Excussionis, si Debitor principalis sua bona dilapidare incipiat.

Uti vero hæc duo remedia inter se convenient

a) **Ratione modi procedendi**, dum utrumque instituitur per modum nudæ provocations.

b) **Ratione fori**, quod utrumque instituatur in foro provocantis, licet hic forum absolute incompetens elegerit.

c) **Ratione efficius**, quod possessor rei questionis in utroque provocari nequeat.

d) Ra-

- d) *Ratione finis*, quod ubi cessat unum, cesset & alterum.
- e) *Ratione sententiae*, quod in utroque non feratur sententia condemnatoria, nisi tria precesserit contumacia.
- f) *Ratione contrariorum*, quod in utroque cessante judicio præliminari, incipiat judicium principale.

Ita differunt inter se sequentibus, quod

- 1 In remedio L. Diffamari provocatus initium propositionis faciat; in remedio L. si contendat vero provocans.
- 2 In remedio L. diffamari provocans fundamentum provocationis taliter qualiter demonstrare teneatur; in remedio L. si contentat vero hac demonstratione opus non sit. *vid. O. P. R. Cap. 18. §. fin.*
- 3 In remedio L. Diffamari provocans neget rem se ita habere; in remedio L. si contendat vero fateatur rem ita se habere.
- 4 In remedio L. Diffamari lis vertatur super Actione, in remedio L. si contendat tamen super Exceptione.

In tantum, ut haec duo remedia melius cognosci nequeant,
Quam si attendas ad utriusque legis:

- 1 Notabiliora verba.
 - 2 Casum,
 - 3 Practicum.
 - 4 Convenientiam,
 - 5 Differentiam.
- Licet*, vero diffamatio & injuria sæpe confundantur;
Præfertim ab illis, qui sibi & aliis persuadent, utrumque in uno scripto commodissime cumulari posse,
Ea intentione, ut si actus provocantis non valet, ut voluit, valeat ad minimum uti possit;

Attamen multis modis haec duo inter se differunt:

Scilicet:

- a) Injuria non committitur nisi dolo, diffamatio vero tam ex errore, quam malignitate.
- b) Injuria actione instituitur in foro injuriæ commissæ vel domicilio, Diffamatio instituitur in foro quoconque.
- c) Veritas convicции non liberat ab injuria veritas Diffamatiōnis tollit provocationem,
- d) Inju-

DE REMEDIIS EXTOROVENDI PROC

۲۷

- d) *Injuria post se trahit poenam carceris pecuniariam &c. Diffamatio post se trahit tantum perpetui silentii impositionem.*
 - e) *Omnis injuria involvit diffamationem; diffamatio vero non involvit injuriam.*
 - f) *Injurians semper objicit vel defectum naturalem vel morallem; Diffamans spargit tantum rem quidem falsam, sed non injuriosam.*

Interim in Termino ad provocationem præfixo comparet, vel

Neuter

Uterus

110

Si neuter, terminus habetur pro circumducto.

Hinc illa, cuius interest, causam celeriter tractari, novum extrahere debet.

Si unius estum tunc

vel Provocatus. vel Provocans

Si provocatus tantum, tunc accusat provocantis contumaciam.

Petendo, ne prius ad iudicium rursus admittatur.

Quam expensas termini restituerit per I. Sancius u. C. de Zadic

Si provocans tantum, accusat provocati contumaciam, addendo documentum insinuationis, &

Reiteratam citationem petendo.

Si uterque, tunc provocatus provocationem motum

vel negat. vel affirmat.

Si negat, processus est finitus

Et negatio protocollo inseritur.

Provocanti, si velit copia data

Si affirmat, confessio eius fit.

*infimo ejus fit
vel sub exceptione vel Buc*

Si sub exceptione, refusis expensis, & facta prævia reprehensione, causa est finita.

Si pure, provocato mediante sententia interlocutoria probatio in-jungitur.

NOTABILIA.

NOTABILIA.
I Quod diffamatus diffamantem ad forum tale quod nec ratione u-
triusque competens est, provocare possit.

C

2 Quod

38 CAPVT III.

- 2 Quod diffamatio & injuriarum actio in uno scripto cumulari nequeant.
- 3 Quod provocatus praecise in eo foro, ad quod provocatus est, actionem instituere debeat, etiamsi ante provocationem in alio foro, v. g. contractus agere potuisset. *N. P. O. Cap. 18. §. 10.*
- 4 Quod judex diffamationis super causa principali cognoscere & decernere debeat, ubi provocatus perpetuo contumaciter emansit.
- 5 Quod diffamans, si Citatio ipsi legitime insinuari nequeat, edictaliter citari possit.
- 6 Quod si diffamans post impositum silentium nihilominus diffamari perget, diffamatio in injuriam degeneret. *A. L. 5. C. de Ingen.*
- 7 Quod causa principali prius mota, cesseret omnis provocatio.
- 8 Quod super animo diffamandi provocans provocato juramentum deferre nequeat.
- 9 Quod male agat, qui remedium L. diffamari elit, ubi actione injuriarum experiri potest.
10. Quod Advocatus in causa diffamationis suo clienti testimonium dare nequeat.
- 11 Quod etiam Clericus ob verba diffamantia è suggestu dicta provocari possit, vid. Brunemann. J. E. L. 3. C. 1. §. 13. Grube Process. Jur. Pruten. C. 35. n. 15. ubi Rythmi:
Si agas ex Lege diffamari,
Petasque Pastorem citari,
Tamdiu debes incarcerari,
Donec discas deprecari,
Et ministro Christi venerari.

AXIOMATA.

- 11 Quoties quis de altero quid dixit, quod per se non est injuriosum, sed tamen falsum, toties ex Practica L. Diffam. 5. C. de ingen. manuumiss. provocari possit.
- 12 Quoties quis alteri concedit fundamentum actionis, habet tamen ejusmodi exceptiones peremptorias, quæ successu temporis possent fieri inanes, toties actorem ex L. si contendat 28. ff. de fidej. provocare potest.

3 Ubi



DE REMEDIIS OBTINENDI PROC.

19

- 3 Ubi definit judicium præliminare, ibi incipit judicium principale.
- 4 Ubi jam incepit Judicium Principale, ibi cessat Judicium Præliminare.
- 5 Nemo contra voluntatem suam per provocationem commodis possessionis privari potest.
- 6 In judiciis provocatoriis cessant exceptiones dilatoriae.
- 7 Qui non potest agere volens, nec potest cogi, ut agat nolens.

CAPVT IV.

De

REMEDIIS OBTINENDI PROCESSVM.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Supplicatio quid? 3. Quotupliciter illa conscribitur? 4. Quid Supplicationem sequitur? 5. Monitorum quid? Mandatum simplex quid? 7 Mandatum cum & sine clausula quid? 8. Clausula Rescriptorum quotplex? 9. Mandatu S. c. regulariter in causis civilibus prohibita. 10. Iustitia in quatuor casibus. 11. Quid si inhibitus factum suum justificaverit? 12. Quid se non justificaverit?

Cum vero sæpius Remedia componendi litem proh dolor! locum non inveniant,

Hinc cogitandum de Remedio obtainendi processum.

Quod proprio suo nomine dicitur supplicatio.
Supplicatio est schedula per quam breviter & concinne causa mor-
vendæ litis exponitur, insimulque, ut via processus aperiat-
tur, petitur.

Conscribitur illa

vel Separatim, vel Conjunctim.

Separatim, si se referat ad libellum annexum,

Cujusmodi schedula appellatur das Präsentations-Schreiben.

Conjunctim, si Libellus & Supplicatio miscetur.

C 2

Signi-



Siquidem in arbitrio Actoris est, an hoc vel illo modo fundamen-
tum suæ intentionis ponere velit.

Quo facto sequitur postea vel

Citatio,

Monitorium,

Mandatum simplex C. C.

Mandatum poenale,

Mandatum S. C.

Prout natura negotii controversi id requirit.

Citatio quid? & quotuplex sit? exponetur Cap. VII.

Monitorium est, cum iudex partem adversam moner, ut imploranti
satisfaciat, ne in casum cestantis satisfactionis alio remedio
opus habeat.

Mandatum simplex est, ubi iudex aliquid fieri vel non fieri sine com-
minatione poena mandat.

Mandatum poenale S. C. est, ubi Reo aliquid faciendum vel omit-
tendum sub certa poena simpliciter mandatur.

Mandatum poenale cum clausula est, ubi reo aliquid faciendum vel o-
mittendum sub certa poena injungitur, sed adjecta clausula,
ut si inhibitus putet iustitiam causæ pro se militare, factum
suum intra certum tempus iustificet,

Scilicet clausula rescriptorum duplex est:
una veritatis, altera iustitiae,

Clausula veritatis, uti omni rescripto inest,

Etiam expressis verbis non sit adiecta,

Cum alias ipsi Exceptio sub-& obreptionis obstet,

In ipsa executione quoque locum inveniens,

Imprimis, si in continent demonstrari possit.

Ita e contrario clausula iustitiae regulariter non inest.

Nisi expressis verbis adjiciatur,

Cum ordinem procedendi regularem non parum muret & alteret.

Et si vero in causis civilibus regulariter cessent mandata S. C.

Quoniam speciem executionis in se continent.

In tantum, ut appellacioni extrajudiciali locus sit.

Si quis per ejusmodi mandatum se gravatum sentiat;

Aitamen permissa potissimum sunt in 4. casibus.

Qui

DE REMEDIIS OBTINENDI PROC.

2x

Qui propterea quoque vocari solent die 4. Fasce/ it. die Reichs-Fasce.

Nimirum si

- 1 Factum nullo jure justificari possit.
- 2 In perniciem reipublicæ tendat.
- 3 Damnum irreparabile inde metuatur.
- 4 Negotium moram non patiatur.

Hinc si reus factum suum postea justificat.

Mandatum in simplicem citationem resolvitur.

Sin autem non justificaverit, pena denuo augetur, reservata priore.

Et tandem per Decretum in istas solemniter declaratur.

Adiò, ut contra illud nec Leuteratio nec Appellatio admittatur,

Etiamp̄ postea jus suum docere vellet & posset.

NOTABILIA.

- 1 Quod Reus oretenus respondere nōlens tempestive contra audiētiam protestari, & ut per alterna scripta causa deducatur, rogare debeat.
- 2 Quod termini in termino prorogationem petere non liceat.
- 3 Quod pr̄ter supplicationem libellarem dentur adhuc duæ supplications, altera, qua gratia superioris vel invocatur, vel pena declinatur, altera, quæ est instar remedii suspensivi.
- 4 Quod judici magis naturam causæ, quam petitum supplicantis attendere imcumbat.
- 5 Quod in casu, ubi ex instrumento Guarentigiano agitur, statim decernendum sit monitorium simplex.
- 6 Quod in poenis a lege determinatis, non opus quidem sit decreto condemnatorio, bene tamen declaratorio.

AXIOMATA.

- 1 Ab executione non est inchoandus processus.
- 2 Quæ tacite jam insunt, non opus est, ut exprimantur.
- 3 In poenam nemo condemnatur nisi per sententiam.
- 4 Omne mandatum poenale intelligitur sub clausula, *salvo jure.*
- 5 Quoties intereat vel utilitatis publicæ, (ut in cas. 2. & 3.) vel private, (ut in cas. 1. & 4.) toties locum habent Mandata S. C.

CAPVT V.

De

LIBELLO.

-SVMMARIA-

1. Connexione. 2. Libellus quid? 3. Varie divisiones libelli. 4. Quibus partibus libellus absolvitur. 5. Qua cautela libelli? 6. Exordio libelli que cautela adiunguntur? 7. Quae propositiones? 8. Quae conclusiones? 9. In quo vis libello quanam attendenda? 10. Vitia libelli que? 11. Obscuritas quorumplex? 12. Generalitas quando libello non nocet? 13. Alternatio in libello quando non obest? 14. Actionum cumulatio quando in libello locum habet? 15. Mutatio libelli quatenus licita? 16. Generalia cuiuslibet libelli.

Cum judex de lite mota judicare nequeat,
Nisi prius ipsi offeratur libellus.

Hinc ante omnia agendum de natura libelli.
Est autem libellus, scriptura concinna, mediante qua actio futura judicii eum in fiam offertur, ut parti adversae communeretur, & illa ad respondendum citetur.

Huius divisiones et si variæ sint:

Atzmen ex illis eminent sequentes.

Quarum intuitu libellus est.

Summerius rufus

vel Solennis, vel Minus solennis.

vel Civilis, ubi agitur ad interesse Actoris.

Criminalis, ubi agitur ad poenam

Fifci

In corporis afflictivam.

In tantum, ut Differentia libelli civilis & criminalis in eo constat, quod

- a) in libello civili licet juramentum deferre super tota actione,
in criminali delatio juramenti in totum cesset.

b) in

DE LIBELLO.

2

- b) in libello civili aliquando locus sit à parte actoris iuramento suppletorio, aliquando à parte Rei juramento purgatorio.
 in criminali utrumque juramentum nihil relevet.

c) in Libello civili plures actiones eventualiter cumulari possint.
 in criminali nunquam.
 vel Primaæ, vel Secundæ Instantiæ.

vel Conventionalis,
vel Reconvensionalis.

ut quilibet Libellus conitat,

*Majore, quæ ab solvitur facto,
Minore, quæ non possunt i*

*minore, quæ constituit in jure,
Constituta, quæ constat in iuri.*

*Conclusione, quæ conitat ex petitio-
nibus per Enthymematicas etiam aliq-*

Nisi quod per Enthymematis etiam aliquando conscribatur.

Omissa illa præmissarum, quæ jura in se continet,

Praterea cujuslibet libelli 3. generalia præsupposita notari debeant.

- a) Libellus quo melior, eo brevior,
 - b) Non sunt inferenda libello, quæ Reo vel directe vel indirecte ad excipendum inferire possunt.
 - c) In omni libello exprimenda est causa proxima, nunquam remota.

Ita clausulæ libellis inferi solitæ adiiciuntur.

vel Exordio, vel Propositioni, vel Conclusioni.

Quæ exordio adjiciuntur, euidem sunt:

- 1 De judice non agnoscendo, nisi in hac causa:
Kläger erscheinet und protestiert stracks Anfangs/ daß er
das Judicium nicht weiter als in dieser Sache/ und so fer-
ne er Klägers Stelle vertritt/ agnosciren wolle.

2 De non probando superflua,
Ingleichen/ daß er mit keinen unnöthigen und überflüssigen
Beweise beladen werden möge.

3 de variando in probatione,
Immassum er sich dann ausdrücklich vorbedinget/ auf den
Verneinungs-Fall den Grund seiner Klage entweder wie
Recht zu erweisen/ oder nach Gelegenheit der Sache dem
Beifragten in sein Gewissen zu stellen.

4 de

CAPVT V.

24

4 de libello simplici & non solenni,
Zu welchen Ende er dann ins besondere feierlichst protestiret / daß er sein Klage-Schreiben nicht in Form eines zierlichen und soleranen Ubbels/ sondern bloß auf Art einer schlechten Erzählung übergeben haben wolle.

5 de deficiente animo injuriandi,

Fals auch über Vermuthen in sothamen Schreiben sich etwas finden sollte/ welches Beklagter zu seiner Beschimpfung auslegen könnte/ so contestiret er auf sein Gewissen/ daß er nicht das mindeste animo injuriandi angeführt/ sondern alles aus unumgänglicher Noth und zu Behuff seines Rechts geschrieben habe.

Cautelæ propositioni adjici solitæ sunt;

6 de lepius facta interpellatione,

Ob nun wohl Kläger den Beklagten zum öfftern Theils selbst erinnert/ Theils durch andere erinnern lassen.

7 de se, non intrommendo in petitorium,

welches alles doch bloß und alleine pro informando judice & coloranda possessione, keines Weges aber sich das durch ins petitorium einzulassen/ desuper solennissime protestando, angeführt/ und geschrieben seyn soll.

Clausulae conclusioni adjici solitæ sunt;

8 de restituendis fructibus & expensis,

Darf Beklagter die angemahnte Erschafft vermittelst eines Legalen Inventarii, oder in dessen Ermangelung einer Cydl. Specification anzugezeigen und auszuantworten/ de fructibus perceptis & percipiendis Rechnung zu thun/ auch alle verursachte Unkosten zu erstatten schuldig sey.

9 de implorando officium judicis nobile,

Worüber und was sonst nach Art und Eigenschaft dieser Sache hätte gebeten werden können oder mögen/ will Kläger das Mild- Richterliche Amt pro largissima juris & justitiae administratione decenter implorari haben.

10 de Salvo jure addendi, minuendi & corrigendi.

11 de salvo errore calculi,

12 de salvis quibusvis.

Plera-

Pleraque ex illis vel superfluae, vel plane inutiles, irrelevantes & juri contrariae.

Exceptis illis, que sub N. 6. 7. 8. & 9. continentur.
Ceterum in quocunque libello attendenda sunt:

- a) Quis?
- b) Contra quem?
- c) Ad quid?
- d) Ex quo fundamento? } agit?
- e) Quo modo?
- f) Coram quo judice?
- g) Quamdiu?

Interim vitia Libelli cum sint

- 1 Obscuritas.
- 2 Generalitas.
- 3 Alternatio. *L. 10. ff. de Stipul. Serv. L. 7. §. 4. ff. de Injur.*
- 4 Cumulatio.
- 5 Emendatio.
- 6 Mutatio.

Hinc tot nascuntur Exceptions contra Libellum.

Anne item contestatam regulariter opponendæ, & deducendæ.

Obscuritas sicuti est

vel Verbalis, vel Realis, utraque ad vitia libelli pertinens.

In Generalitas libello non nocet, si sit actio

vel universalis v. g. hereditatis petitio.

vel Generalis v. g. pro socio, tutelæ.

vel agatus ad interestè proptie sic dictum.

Eodem modo nec alternatio obest, si sit

a) obligatio alternative concepta

b) lex alternative agere jubeat.

c) causa criminalis.

d) causa mercatorialis.

e) actio hypothecaria, contra tertium instituta, vid. *L. 16.*

*§. 8. ff. de Pignor. & L. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hy-
potb. solv.*

*Contra*rio cumulatio locum habet, si

a) cause sint rei persecutoriae.

b) cumulentur alternative.

ut vero mutatio & emendatio & ante & post Lit. contestationem
licita,

Modo Reo refundatur expensæ causatæ;

Ita mutata actione tota instantia perimitur.

In tantum, ut Reo sint salvæ dilatorię, peremptorię & reliquę ex-
ceptiones,

Mutato vero vel emendato faltem libello, processus continuetur.

NOTABILIA

- 1 Quod Libellus articulatus per Recessus imperii in tantum abro-
gatus, ut judex eum ex officio dilacerare debeat. R. J. de
anno 1654. §.
- 2 Quod Libellus articulatus in Pomerania, in causa criminali, & re-
stitutionis sit receptus.
- 3 Quod in omni actione exprimenda sit causa proxima, seu medi-
um concludendi, quod in reali est jus in re, in personali vel
contractus vel delictum.
- 4 Quod reservatio juramenti delationis in libello facta nihil ope-
retur.
- 5 Quod emendatio & mutatio libelli in quacunque judicij parte
illa fiat, semper refusionem expensarum post se trahat.
- 6 Quod clausula de sepius facta interpellatione tunc utilitatem
habeat, si dies certa solutioni non sit adjecta, ut debitor in-
terpellatus in mora constituantur.
- 7 Quod clausula de sepius facta interpellatione plane necessaria sit
in casu, ubi reus ad factum vel poenam se obligaverit; actor
vero termino obligationis elapsò, simpliciter ad poenam age-
re velit.
- 8 Quod aliud sit, diversas actiones, aliud, diversa capita unius a-
ctionis cumulare.
- 9 Quod in actione Hypothecaria contra tertium executive insti-
tuta, non saltē liceat, sed etiam necessario debeat alternati-
ve petitum formari.
- 10 Quod in rei vindicatione nec necesse, nec utile sit, causam re-
motam. dominii adjecisse.
- 11 Quod moribus nostris in casu actionis Hypothecariae contra
tertium mota, nec locus sit excursionis nec divisionis benefi-
cio. O. P. R. Cap. 18. §. 3.
- 12 Quod

- 12 Quod poena plus petentium non sit introducta ideo, quia Actor
Reo beneficium à Lege concessum adimit, sed quia, quantum
in fe est, admere intendit.

AXIOMATA.

- 1 Qualis actio, talis libellus.
- 2 Quicquid olim operabatur solennis partium stipulatio, id hodie
operatur officii judicis nobilis imploratio.
- 3 Quæcunque vitia sunt accidentalia, illa vi salutaris clausulae sa-
nari possunt.
- 4 Quæcunque vero vitia sunt essentialia, illa vi hujus clausulae non
sanantur.
- 5 Non potest plus esse in petitio, quam fuit in premissis.
- 6 Ex puris particularibus, vel negativis, nihil sequitur.
- 7 Quæcunque actiones tendunt ad poenam, illæ in uno libello cu-
mulari nequeunt.
- 8 Quæcunque actiones tendunt ad interesse pecuniarium, illæ in
uno libello eventualiter cumulari possunt.
- 9 Inter mercatores non est disputandum de apicibus juris.
- 10 Qui petit simpliciter, ubi alternative petere debet, in poenam
plus petentium incidit.
- 11 Quæ concernunt facta & interesse partium, illa judex supplere
nequit.
- 12 Quæcunque vero concernunt jura, statuta &c. illajudex vi clau-
sulae salutaris supplere potest.

CAPVT VI.

De

LEGITIMATIONE.

SVMMARIA.

- 1 Connexio. 2. Quinam alieno nomine postulant? 3. Tutores & actores
quomodo se legitimant? 4. Quomodo Syndici? 5. Quomodo procuratores?
6. Dominium litis hodie nullam habet utilitatem, 7. Negotiorum
gestores in judicio plane non admittuntur. 8. Quinam sint causas
exceptio? 9. Que requiruntur, ut quis sub canticione rati admittatur?

D 2

10. Le-

10. Legitimatio quotuplex? 11. Qua differentia inter legitimationem
ad causam & ad judicium.

UTi vero nemo alterius nomine agere valet,
Nisi se prius sufficienter legitimaverit,
Cum moribus nostris cessent actiones populares, & quasi
populares.

In tantum, ut exceptio: *tua non interest*, cuilibet agenti obster.

Ipsum a limine judicij statim repellens,

Ita qui alieno nomine postulant, sunt:

1 Tutores, 4 Syndici.

2 Curatores, 5 Procuratores.

3 Actores, 6 Negotiorum gestores.

Tutores per tutorium in forma probante exhibendum se legitimant,
Etiam si ab illo iudice confirmati, ubi lis vertitur.

Hoc modo, ut in casu plurium Contutorum reliquis absentibus praesens sub cautione de rato admittatur.

Idem dicendum de Curatoribus.

Actores vero qui a tutele suo periculo constituantur,

Prater tutorium adhuc actorio indigent.

Sublata differentia, an pupillus infans vel infantia major sit, de qua d. §.
Syndici se legitimant per Syndicatum.

Hoc ubi nomine universitatis conscribitur berendum,

Ubi vero collegii nomine, tunc *Successorum* mentio fieri solet

Apposito ut plurimum universitatis sigillo, adiectaque beneficii divisionis expressa renunciacione.

Subscribentibus ad minimum duabus partibus collegii. O.P.R. Cap. 12. §. 7.
Nisi autem Procuratores non constituantur, nisi a litis domino,

Poss litem contestatam Dominum litis sibi acquirentes,

In tantum, ut hujus vi transfigere, juramenta deferre &c. queant.

Quare & sententiae ipsorum nomine concipiuntur & publicantur.

Ita hodie hujus dominii litis nullus fere est effectus.

Cum principalis procuratorum quovis tempore revocare possit,
Etsi vero negotiorum gestores regulariter in iudicio non admittantur,

Adeo ut licet vel

Cautionem de rato offerant,

Char-

Chartam blancam habeant,
Literas a Principali missas exhibeant.
Officium Procuratoris ordinarii gerant.

Nibilominus in expensas termini & 5. Thaleros condemnentur.

Atamen dantur personæ certæ,

Quæ sine mandato pro aliis admittuntur,

Modo sunt :

- a) Consanguinitate, affinitate, litis consortio &c. junctæ.
- b) Possideant immobilia non nimis obærata.
- c) Præstent cautionem de rato in continentia.
- d) In primo saltem termino,
- e) Non occurrat actus maximi præjudicii,

Alias, si unum ex his deficit, æque ac alii repelluntur.

Atque hæc dicitur legitimatio ad causam.

Ubi quis ex alieno negotio in suam utilitatem experitur.

Quorsum merito referuntur

1 Maritus, 3 Pater.

2 Cessionario, 4 Coheres.

Quæ eo magis a priori distinguenda est,

Quo certius est, utramque sepe in una sententia adjudicari.

Sive pars adverba monuerit, sive non,

Cum faciat ad nullitates judicij evitandas.

NOTABILIA.

1 Quod licet exceptio legitimatiōnis ad dilatorias exceptiones merito referatur, tamen in quacunque judicii parte, etiam ipsa executione, opponi possit.

2 Quod quamvis sententia alicui sufficientem legitimatiōnem ad causam intra certum tempus sub poena præclusionis injunxit; attamen tempore ipso elapsō, propterea causa non cadat.

3 Quod Curator uxoris *in genere* constituendus sit a judice domicili; Curator vero *certæ litis* etiam a judice, ubi causa pendet, constitui possit.

4 Quod Pater, nomine liberorum in judicio comparens, si libert̄ sint adhuc primæ ætatis, absque differentia peculiorum vi patriæ potestatis compareat, absque ulla alia legitimatiōne.

5 Quod

39 CAPVT VI.

- 5 Quod Mater vel Avia nomine liberorum ne quidem sub cautione de rato admittantur, nisi tutelam eorum legitime suscepérint.
6 Quod mater & avia tutrices nomine pupillorum experientes curatorem habere debeant, alias ipsis curator ex officio constitundus sit.
7 Quod uxor debitum vel obligationum judicialiter agnoscens, confessionem suam sub praetextu deficiens Curatoris revocare nequeat, O. P. R. Cap. 13. §. 1.
8 Quod licet in mandatum contineat clausulam *rati & grati*; propterea tamen mandato speciali non æquiparetur,
9 Quod literarum imperitus procuratorem ad acta in quolibet iudicio oretenus constituere possit.
10 Quod nomine *singulorum* ex universitate admittatur cautio de rato, non vero, si quis compareat nomine *collectivo*, O. P. R. Cap. 12. §. 7.

AXIOMATA.

- 1 Interest républicæ, ne judicia reddantur elusoria.
2 A cuius actus decisione dependet salus & periculum totius cause, ille merito ad maximi præjudicij actus refertur.
3 Quot sunt vitia legitimationis, tot sunt exceptiones dilatoriae contra legitimationem.
4 Melius est cumulare exceptiones superfluas, quam negligere necessarias.
5 Ex defectu legitimationis insanabiles oriuntur nullitates.
6 In quibuscumque actibus non sufficit mandatum expressum generale, in illis multo minus sufficit mandatum præsumtum, (quot latitat in Cautione de rato.)

CAPVT VII.

De

CITATIONE.

SUMMARIA.

1. Connexio. 2. Citarie quid? 3. Citationis potiores divisiones. 4. Edicitalis
Citarie

DE CITATIONE

31

Citatio in quibus causis locum habeat? 5. In omni citatione quenam attendenda? 6. Quae circa citationis conceptionem notanda? 7. Quae circa ejus insinuationem? 8. Citatio quid operatur.

L Ibellum oblatum sequitur communicatio & citatio.
Citatio est legitima partium litigantium ad judicem competenter facta vocatio.

Eisque

- a) vel *Antiqua*, quæ fiebat obtorto collo, privata autoritate
vel *Hodierna*, quæ sit publica Judicis autoritate,
- b) vel *Scripta*, quæ in scriptis sit,
vel *Oralia*, quæ orationis sit.
- c) vel *Dilatoria*, quæ Reo non præcise imponit comparitionem,
vel *Prematoria*, quæ Reo præcise comparitionem imponit.

Ad hunc effectum ut

si reus non comparet, nec

- a) sit dies feriatus,
- b) nec dilationem obtinerit,
- c) nec habeat legitima impedimenta,
- d) nec terminus sit nimis angustus, tunc non saltem
in expensas condemnatur, sed etiam omnibus Excep-
tionibus dilatoris privetur.
- d) vel *Simplex*, quæ sit absque comminatione,
vel *Penalis*, ubi certa poena annexitur.
- e) vel *Generalis*, qua quis citatur ad totam causam,
vel *Specialis*, qua quis citatur ad certum actum.
- f) vel *Ordinaria*, quæ sit ad eades citandi,
vel *Extraordinaria*, (Edicitalis) quæ sit in 3. Dominorum ter-
ritoriis.
- g) vel *Immedia*, quæ sit a judge causa,
vel *Media*, quæ sit per subsidium alterius Magistratus.
- h) vel *Monitoria*, quæ citati presentiam necessario non requirit.
vel *Articularia*, quæ citati presentiam necessario requirit.

Quemadmodum vero edicitalis Citatio locum regulariter non habet,
Cum ex opinione vulgi quasi famosa sit,
Exceptis casibus

a) Ma-

- a) Malitiosa desertionis,
- b) Concursus Creditorum,
- c) Plurimum heredum incognitorum,
- d) Deficientis securæ insinuationis.

Ita in omni citatione attendenda sunt ejus:

- 1 Conceptio,
- 2 Insinuatio,
- 3 Operatio.

Conceptionem citationis quod attinet,

Licet citatio diversimode concipiatur,

Pro diversitate actuum in judicio occurrentium,

Attamen a concipiente regulariter sequentia sunt notanda,

- a) quis?
- b) quem?
- c) ad cuius instantiam?
- d) ad quem locutus?
- e) ad quem diem?
- f) ob quam causam?
- g) sub qua comminatione?

Citatio quo recte fiat, requiritur,

Ita extrahens illam legitime insinuari curet,

Quem in finem observanda sunt sequentia:

- 1) Qui insinuat?
- 2) Cui insinuat?
- 3) Quando insinuat?
- 4) Quomodo insinuat?

Cum quæ non rite facta, pro non factis habeantur.

Hinc ut contumacia accusatio sequi possit,

Oportet ut probetur per

vel Documentum insinuationis,
vel Recepisse.

Operatio dijudicatur ex effectibus.

Sunt autem effectus Citationis potiores quod

- 1 Interrumpat prescriptionem,
- 2 Perpetuet temporalem actionem,
- 3 Faciat rem litigiosam,

4 Ope-

- 4 Operetur præventionem,
 5 Inducat litis pendentiam,
 6 Constituat adversarium in mala f.de.

NOTABILIA.

- 1 Quod licet Citatio edictalis olim locum non invenerit, nisi in processu malitiosa desertionis; hodie tamen in omni casu adhibeatur, ubi vulgaris vel plane non, vel non commode effectum suum consequi potest.
- 2 Quod citatio edictalis ante omnia affigenda sit in illo loco, ubi citatus ultimum commoratus fuit, quo facilius in ejus notitiam pervenire queat.
- 3 Quod Citatio poenalis in causis civilibus regulariter ceflet, ex ratione, quod contumaciæ emanentis jam sint statute competentes poenæ, nimirum expensarum, confessi & convicti, recogniti, perpetui silentii, & similes.
- 4 Quod si universitas citanda, nomen collectivum exprimendum sit, Die Ober- und andere Meister des Schneider-Handwerks zu Halle &c.
- 5 Quod hodie omnis citatio sui natura sit peremptoria, licet vox peremptoria, ipsi non sit inserta.
- 6 Quod deficiente documento insinuationis, & recepisse, contumacia emanentis cum effectu accusari nequeat.
- 7 Quod in casu accusatae, sed non statim probatae contumaciæ, ferrari desuper soleat sententia interlocutoria, probationem insinuationis injungens.
- 8 Quod ad substantiam & validitatem citationis non requiratur, ut Citatio alieni in manus insinuatur, sed sufficiat, si ejus domesticis insinuatio facta.
- 9 Quod si citandus quidem in urbe sit, sed nunquam domi reperiatur, citatio, convocatis vicinis, valvis ædium sit affigenda.
- 10 Quod Citatio conductori insinuata, locatori non præjudicet, nisi ille final in ædibus alteri locatis habitet.
- 11 Quod si mulier citanda, ipsi, non Curatori ejus citatio insinuanda.
- 12 Quod licet regulariter contra solam citationem appellare non liceat; appellatio tamen tunc permissa sit, si Citatio aliquod damnum irreparabile in se contineat.

E

13 Quod

- 13 Quod Citatio illegitime facta per spontaneam comparitionem citati, contra invaliditatem non excipientis, convalidetur.
 14 Quod ne quidem Princeps ex plenitudine potestatis, parte non citata, procedere possit.

AXIOMATA.

- 1 Extra territorium jus dicenti impune non paretur.
- 2 Quaecunque pertinent ad substantialia processus, illa sine vitio nullitatis, etiam in actione summaria omitti nequeunt.
- 3 Qualis actus in judicio expediriens, talis citatio.
- 4 Citatio ab incompetente judice facta, est ipso jure nulla.
- 5 Omnis actus in contradictorio absque prævia citatione gestus, est ipso jure nullus.
- 6 Omnis effectus citationis ab insinuatione legitime facta unice dependet.
- 7 Citatio ratione loci incerta, nullius est momenti.
- 8 Ubi causa citationis non est expressa, reus impune emanet.
- 9 Citationis omissione totum processum vitiat.
- 10 Non fieri, & non legitime fieri in effectu pro synonymis habentur.
- 11 Quoties citatio ordinaria vel plane non, vel non commode effectum suum habere potest, toties in locum ejus succedit extraordinaria f. edictalis.
- 12 Citationis insinuatio uti actus mere personalis est, ita non nisi a Judice domicilii fieri potest.

CAPVT. VIII.

De

DILATIONIBVS ET FERIIS.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Dilatio quid? 3. Quotuplex? 4. Dilatio legalis quid? 5. Eius exempla. 6. Judicialis quid? 7. Quonunque concedenda. 8. Conventionalis quid? 9. Feria quid? 10. Quotuplices? A quo dicuntur?

Acci-

Acedit aliquando, ut terminus a judice præfixus sit,
vel Nimis angustus, vel Feriatus.

Hinc a Reo

vel Petenda dilatio, vel Alleganda Feriae.

Quem in finem de dilationibus & feriis incidenter agendum.

Dilatio definitur, quod sit negotii præsentis in aliud tempus rejetio. *Tristis Aufschub*, *Dilation*.

Eisque

vel Legalis, vel Judicialis, vel Conventionalis.

Legalis est, quæ immediate a lege concessa,

Vocatur suo proprio nomine fatale.

Atque co-spectant fatalia,

1 Appellationis, 4 Leuterationis.

2 Probationis, 5 Arresti renovationis,

3 Reprobationis, 6 In integrum restitutionis.

Etsi vero ejusmodi fatalia in favorem litigantium introducta,
Ne lis agatur confuse & præcipitanter,

Attramen eorum Prorogatio nec est in porestate partium, nec judicis.

Judicialis est, quæ conceditur a judice causæ,

Propter impedimentum ab implorante allegatum,

Uti vero hæc ultra tertiam rarissime conceditur,

Ita tercia non aliter, quam sub solennitate legali impetrari potest.

Adeo, ut si absque hac solennitate impetrata,

Tunc in effectu pro non data habeatur, *O. P. M. Cap. 2i. §. 1.*

Sive Judex illam conceperit per gratiam, sive præcipitantiam aut
alio modo.

Quem in finem cautelæ loco observet pars adversa, ut

vel *Si* tempestive solennitatis legalis prestationem urgeat,

et tertiam dilationem plane concedi non posse demonstrat.

Conventionalis est, quæ dependet ab arbitrio partium,

Modo formulae compromissi insératur *pæna præclusi*.

Ferie sunt dies, ab ordinariis negotiis & actibus judicialibus vacui;

L. 9. ff. b.

Suntque vel

a) *Divinæ*, vel *Humanæ*.

b) vel *Ordinariæ*, vel *Extraordinariæ*,

E 2

c) vel

- c) vel Mobiles,
d) vel Integræ,

Ab eo solo indicendæ, cui jus circa sacra competit. L. 4. C. de Fer.

NOTABILIA.

- 1 Quod per solennitatem legalem intelligatur jurameti præstatio, quo scilicet dilationem impetraturus juret, impedimentum al- legatum in rei veritate se ita habere, seque ex inevitabili ne- cessitate, citra animum protrahendi litem, dilationem præ- sentem petuisse.
 - 2 Quod in casu, ubi feriæ sunt notoriæ, earum allegatione opus non sit, sed citatus impune emaneat.
 - 3 Quod si dies feriatus sit tantum ratione unius ex litigantibus, stylus curiae illius judicii, ubi actio convertitur, attendi de- beat.
 - 4 Quod termini in termino prorogationem petere non liceat.
 - 5 Quod dilationem quandam oretenus petens curare debeat, ut dilationis concessio ante omnia protocollo inferatur, & de- inde per ministrum judicij parti adversæ tempestive notifice- tur.
 - 6 Quod dilatio expresse non concessâ censeatur tacite denegata.
 - 7 Quod dies insinuationis in tempus dilationis non sit imputandus.
 - 8 Quod si quis ex zelo fœc religionis in termino non compareat, contumacia quidem ejus accusari, & emanens in expensas termini condemnari, sed definitive pronunciari non possit.

AXIOMATA

- 1 Quoties quæritur de solennitate alicuius actus, toties inspicienda
solennitas istius loci, ubi actus peragitur. *A. l. 6. ff. de Evi. &c.*
2 Sententia die feriato divino lata, est ipso jure nulla. *L. 6. ff. de Fer.*
3 Quæ non patiuntur moram, etiam die feriato divino expediti
possunt. *L. 3. pr. ff. eod.*
4 Notaria non indigent probatione.
5 Factum judicis vel Secretarii, diem feriatum non animadvertis
parti emanenti nocere nequit.
6 Dilatio uni litigantium concessa alteri quoque proficia & commu
nis est. *L. 6. C. & Temp. in integr. restitut.*
7 Judicij extra acta attestantia nulla fides habetur.

§ Feriae

DE CONTVMACIÆ ACCVSATIONE.

37

- 8 Feriae divinæ sunt irrenunciabiles. *L. 8. C. de Fer.*
9 In dubio exceptio feriarum & alleganda & propanda.
10 Actus voluntariae jurisdictionis per dies feriatis non impediuntur. *L. fin. §. 1. C. eod.*
11 Die feriato divino fileat vox horrida præconis. *L. II. §. 1. C. eod.*

CAPVT IX.

De

CONTVMACIÆ ACCVSATIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Quot modis cause controversæ tractantur? 3. In termino quid si neuter comparet? 4. Quid si Actor tantum? 5. Quid si Reus tantum? 6. Quia pene contumacia?

Quod si nec feriae, nec dilations terminum impedian, Tandem ad item flagrantem devenitur. Ut vero causa controversa disputari solet vel Oretenus Neces-weise. vel Ad calamum von Mund aus in die Feder. vel in scriptis, Product-weise.

Item in termino præfixo comparet vel Neuter, vel unus tantum, vel Uterque.

Si neuter, terminus habetur pro circumducto, Hinc ille, cuius interest, novum terminum extrahere tenetur.

Si uterque, disputatur juxta vel Judicis arbitrium, vel Litigantium compromissum. Si unus tantum, tunc emanet vel Actor, vel Reus.

Si Actor emanet, Reus ejus contumaciam accusat, Annexa expensarum causatarum liquidatione,

Perendo, ne Actor amplius ad judicium admittatur:

Nisi a) Has expensas, prævia moderatione, refuderit, o. P.

M. Cap. 22. §. 1.

E 3

b) Cau-



38 CAPVT IX.

b) Cautionem de prosequenda lite præstiterit.

Si Reus emanet, tunc causa est;

vel Ordinaria,

vel Executiva.

Si ordinaria, actor ejus contumaciam accusat,

Annexo petitio, ut

a) Expensæ liquidatæ minuantur,

b) Novus terminus præfigatur,

c) Reus sub poena confessi & convicti citetur;

Sin executiva, implorans implorati contumaciam accusat,

Annexo petitio, ut

a) Expensæ liquidatæ minuantur,

b) Novus terminus præfigatur,

c) Imploratus sub poena recogniti citetur.

Cum vero adhuc aliæ contumaciarum poenæ sint, puta

1 Deserptionis, 4 Non factæ devolutionis,

2 Præclusionis 5 Perpetui silentii,

3 Ammissionis, 6 Editi & recogniti.

Hinc illas & alias pro natura negotiorum annotare oportet,

NOTABILIA.

1 Quod in omni accusatione contumacia requiratur, ut accusans doceat, citationem legitime esse insinuatam.

2 Quod iste, qui in causa est, quod terminus fuit circumductus, arbitria multa coercentur. O. P. M. R. Cap. 22, §. 1.

3 Quod omnis absenta presumatur ex contumacia facta.

4 Quod Judex etiam pro reo contumace, si illius jus certum & liquidum ex Actis sit, pronunciari possit & debeat, L. 13. §. 2. & 3. C. de Judic.

5 Quod prima vice emanentes citentur sub poena contumacie, secunda vice sub comminatione publicandi decreti, tertia vice demum sub poena confessi & convicti.

6 Quod emanens in primo termino reus præter refusione exceptionem expensarum, omnes quoque dilatorias exceptions amittat.

7 Quod a poena contumacia emanentem liberet justa legitimorum impedimentorum probatio. O. P. M. Cap. 22, §. 2.

8 Quod in impedimentis legalibus probandis non requiratur præcise

DE CONTVMCLÆ ACCVSATIONE

39

- cise accurata probatio; sed sufficiat aut qualis qualis demon-
stratio aut juramenti corporalis prestatio. *O. P. M. Cap. 22. §. 3.*
- 9 Quod dentur fatalia quæ ipso facto elabuntur, ita ut ne quidem
contumacie accusatione opus sit,
- 10 Quod poena mendacii olim introducta, hodie in iudiciis non
adeo rigorose observetur.
- 11 Quod in Saxonia pars viætrix terminum ad docendum impedi-
menta extrahere, in Ducatu Magdeburgico vero pars viæta
intra quatuor septimanas a die judicati sub poena præclusi se-
ipsum offerre debeat. *O. P. R. Cap. 22. §. 2.*

AXIOMATA.

- 1 Quoties quis ex contumacia definitive condemnandus, toties
trina ad minimum præcedere debet contumacia.
- 2 A contumacia præsumta liberat etiam causa fatua & ridicula.
- 3 Qualis est actus, talis est formula contumacie accusationis.
- 4 Quoties alicui obtigit casus, qui viribus humanis vel non po-
tuit prævideri, vel non præcaveri, toties impedimentum le-
gitimum exinde nascitur.
- 5 Judex non potest remittere ea, quæ leges ad solennitatem alicu-
jus actus expresse requiruntur.
- 6 Processus etiam in causis levissimis strictissime observanda, *O.*
P. R. Cap. 1. §. 1.

CAPVT X.

De

EXCEPTIONIBUS DILATO- RIIS.

SUMMARIA.

1. Connexio 2. Exceptio quid? 3. Quotuplex? 4. Dilatoria quid? 5. Per-
emtoria quid? 6. Anomala quid? 7. Exceptiones dilatoria unde na-
scuntur? 8. Ex persona actoris quenam? 9. Quenam ex persona
Rei? 10. Quenam ex persona Judicis? 11. Quenam ex persona Procu-

mtg-



CAPVT X.

40

ratoris? 12. Quenam ex libello? 13. Quenam ex citatione? 14. Quenam ex modo procedendi? 15. Quenam ex causa? 16. Quando dilatoria exceptiones opponenda? 17. In quibus casibus illas etiam post L. C. opponere licet?

Dilationibus ad finem tendentibus, & termino accedente, Reus curet,

ut actoris intentionem possit

vel Exceptionibus dilatoriis suspendere,

vel Exceptionibus peremptoris in totum elidere,

Hinc non inutile erit, expositis dilationibus & feriis,
ut integrum dilatoriарum exceptionum materiam hic ex professo tractemus.

Quemadmodum vero exceptio in genere considerata

Est beneficium juris reo competens, ad elidendam intentionem
actoris, summo jure fundatam; §. 7. de Except.

Im ab effectu est

vel Dilatoria, vel Peremptoria vel Anomala.

Dilatoria est, quae si opposita & probata fuerit, processum faltem ad aliquod tempus differt: v. g.

a) Legitimationis,

b) Satisdationis,

c) Inepti libelli,

Peremptoria, quae si opposita ex probata fuerit, causam aut in totum,
aut in tantum perimit, v. g.

a) Solutionis,

b) Compensationis,

c) Prescriptionis.

Anomala, quae aliquando naturam dilatoria, aliquando peremptoria
exceptionis induit. v. g.

a) Excussionis,

b) Competentiae,

c) Spolii.

Cum vero prima species tantum sit hujus loci,

Ipsoe qua litis contestationem semper praecedit,

Peremptoriis post L. C. reservandis,

Hinc videndum ante omnia, unde illae nascantur.

Erl

DE EXCEPTIONIBVS DILATORIIS

41

Etsi autem circa fontes earum Doctores varientur,

Dum illas defumendas tradunt ex vel

Prædicamentis Logicis,

Quatuor causarum generibus,

Circumstantiis loci, temporis &c.

Attamen optime agit, qui circa illas indagandas attendat

1 Judicem, 5 Libellum.

2 Actorem, 6 Citationem.

3 Reum, 7 Modum procedendi.

4 Procuratorem, 8 Causam.

Ex persona Judicis oritur exceptio,

1 Incompetentis Judicis 6 Omissæ primæ instantiæ.

2 Incompetentis Judicii, 7 Fori privilegiati.

3 Suspecti, 8 Pendentis commissionis.

4 Præventionis, 9 Cause exceptæ.

5 Litis pendentis.

Ex persona Actoris oritur exceptio

10 Legitimationis ad causam,

11 Plurium Interestentium,

12 Legitimationis ad judicium,

13 Inabilitatis standi in judicio.

14 Nondum præstite cautionis pro Reconventione & ex- (penis).

15 Nondum præstite guarandæ,

16 Non expressorum præ- & cognitionum.

Ex persona Rei oritur exceptio

17 Legitimationis ad causam,

18 Legitimationis ad judicium,

19 Nondum præstite Cautionis de judicio sisti & judic. solvi,

20 Nondum præstite Cautionis de non amplius turbando,

21 Nondum præstite Cautionis de non alienando.

Ex persona Procuratoris oritur exceptio

22 Deficientis mandati, 25 Deficientis facultatis substi-

23 Insufficientis mandati, tuendi,

24 Revocati mandati, 26 Inabilitatis ad praxin.

Ex Libello oritur exceptio

27 Non communicati Libelli, 28 Generalis Libelli,

F

29 Ob-

- 29 Obscuri Libelli,
 30 Non rite formati Libelli,
 31 Mutati Libelli,
 32 Inepta cumulationis,
 33 Prohibitæ alternationis.
 34 Emendati Libelli. (belli.
 35 Non integre communicati Li-
 36 Deficientis concipientis.
 37 Deficientis claus. salut.
 38 Ineptæ juramenti delationis.

Ex Citatione oritur exceptio

- 39 Deficientis citationis,
 40 Non legitime factæ insinuationis,
 41 Non expressæ cause citationis.

Ex modo procedendi oritur exceptio:

- 42 Praeposterationis, 45 Loci non tuti,
 43 Loci non honesti. 46 Diei feriati.
 44 Terminii angusti, 47 Inversi ordinis procedendi.

Ex causa oritur exceptio

- 48 Tu non es nominatus in Instrumento,
 49 Ego non sum heres,
 50 Ego non solum solus heres,
 51 Plus petitionis quam talis est

Re, Loco, Tempore, Causa. §. 33. J. de Ab.

- 52 Pacti de non petendo intra certum tempus.

Ubi vero omnes dilatoria ante L. C. opponendæ,

Sed poena præclusionis & inadmissibilitatis.

Annexa statim L. C. eventuali.

Nisi forte

- 1 vel Post L. C. demum nate fuerint,
 2 vel Post L. C. in notitiam excipientis pervenerint,
 3 vel sint Anomalæ,
 4 vel omissæ Judicium redderent tetro nullum,
 5 vel contineant gravamen successivum,
 6 vel competant personis, restitutione in integrum munitis.
 7 vel sint fori declinatoriæ;

Ita Judex super eventuali L. C. pronunciare nequit,

Priusquam super dilatoria judicatum fuerit.

Tunc, si super una vel altera dilatoria pronuntiatum sit, Reus prius non tenetur satisfacere judicato, quam si Actor sententiam conditionatam a parte sui purificaverit.

NOTA-

NOTABILIA.

- 1 Quod Reus, qui in primo termino, juridice intelligendo, contumaciter emanet, postea exceptiones dilatorias amplius opponere non possit.
- 2 Quod exceptionum dilatoriарum natura non sit, ut Lit. contestationem impedire valeant.
- 3 Quod exceptiones dilatoriae ante item contest: opposite, in continentis probari debeat.
- 4 Quod exceptio in Jure tertii fundata exipienti nihil tribuat.
- 5 Quod poena plus petitionis olim introducta hodie in usu esse desierit.
- 6 Quod exceptio eo ipso rejecta censetur, si judex ad ulteriora progrederiatur.
- 7 Quod illa exceptio non sit dicenda notoria, in cuius cognitione adhuc subtilitas quedam iuris vertitur.
- 8 Quod Reus allegans exceptionem demum in ipsius notitiam post L.C. perveniente, mediante juramento illud obtinere debeat.
- 9 Quod præstatio Guarandæ apud Saxones tantum locum habeat in actionibus realibus, mixtis, & in rem scriptis, non vero in mere personalibus.
- 10 Quod præstatio Guarandæ apud nos plane non sit in usu & in locum ejus exceptio plurius interestentium successisse videatur.

AXIOMATA.

- 1 Pluribus Exceptionibus simul uti nemo prohibetur.
- 2 Quæ ad agendum temporalia, ad excipiendum fiunt perpetua.
- 3 Jura facilius dant exceptionem, quam actionem.
- 4 Cui jura concedunt actionem contrariam, illi quoque tribunt jus retentionis & exceptionem compensationis.
- 5 Maxima rei salus fundata est in exceptionibus.
- 6 Reus excipiendo Actor fit.
- 7 Exceptio in casibus non exceptis confirmat regulam.
- 8 Sicuti actori incumbit onus probandi actionem, ita reus probare tenetur fundamentum exceptionis.
- 9 Quoties jura Reum ab onere probandæ exceptionis liberant, toties illud per modum replicæ in actorem transferunt.
- 10 Qui excipit, propterea non fatetur.

CAPVT XI.

De

SATISDATIONE.

SVMMARIA.

2. Connexio. 2. Satiudatio quid? 3. Quoruplex? 4. Que cautela circa fidejussionariam? 5. Que circa pignoratitiam? 6. Que circa promissoriam? 7. Que circa junctoriam? 8. Actor quomodo satisdat? 9. Quomodo Reus? 10. Quomodo uterque? 11. Quomodo Procurator? 12. Quomodo interveniens? 13. Que circa cautionem pro recaventione notanda? 14. Usufructuarius an satisdet? 15. Quinam a satisdatione immunes?

Quemadmodum inter alias dilatorias eminent exceptio satisdationis;

Ita partes ad ejus præstationem merito adigendæ,
Ne alias judicium reddatur elusorium.

Est autem satisdatio, assecuratio rem adversarii salvam fore.
Et que

vel Fidejussoria, vel Pignoratitia,

vel Jutatoria, vel Nude promissoria.

In Fidejussoria pro cautela requiritur, ut fidejussores sint:

a) Solvendo.

b) Facile conveniendo,

c) Renuncient foro suo privilegiato,

d) Constituant procuratorem sub hoc judicio degentem.

In Pignoratitia probe attenditur, ut pignora sint:

a) Vera,

b) Propria,

c) Sufficientia.

d) Vulgaris pretii non affectionis.

In Promissoria exigitur, ut satisdantis bona sint:

a) Immobilia,

b) Propria,

c) Aere alieno non numium gravata,

d) Allodialia.

In

DE SATISDATIONE

45

In funeraria requiritur, ut *cavens* doceat,

- a) Vitæ honestatem,
- b) Morum probitatem,
- c) Extremam paupertatem,
- d) Juramentum paupertatis corporaliter præstet.

Cum vero in Judicio variis occurrant actus,

Hinc pro diversitate eorum diversimode satisdant

- 1 Actor,
- 2 Reus,
- 3 Procurator,
- 4 Interveniens.

Actor præstat satisdationem pro

- a) Reconventione. L. 14. C. de sententia.
- b) Expensis. L. 79. ff. de Judic.
- c) Guaranda,
- d) Lite prosequenda.

Reus præstat satisdationem de

- a) Judicio fisti,
- b) Judicatum solvi,
- c) De re non alienanda lite pendente,
- d) De re non deterioranda.

Mergue pro re nata adstringitur ad satisdationem de

- a) non offendendo,
- b) Indemnitate præstanta,
- c) restituendo in casum victorie,
- d) Demoliendo opere in casum succumbentie.

Procurator, ubi mandato insufficiente instructus, satisdat de Rato & Grato.

Interveniens autem satisdat de

Prosequenda interventione;

Præterim si ex Actis probabiliter appareat,

Quod interventionem malitiose interprofuerit:

In specie vero in cautione reconventione & expensis requiritur,

Ut Reus ante L. C. probabiliter doceat

- a) Actorem non esse possessionatum,

- b) Caput reconventionis sive satis fundatum. O. P. M. Cap. 23. §. 2.

Littere

F 3

Licet vero usufructarius ad satisfactionem hanc obligetur,

Imprimis, si ususfructus non sit adeo magni momenti,

*Cum alias Reus ratione Reconventionis & Expensarum securus
esse nequeat.*

Attamen e contrario ab hac satisfactione liberantur

- a) Immobilia Possidentes. *L. 15. ff. qui satisd. cog.*
- b) Ex L. diffamari Provocantes,
- c) Alimenta petentes,
- d) Simultaneam Investituram habentes,
- e) Copiosi Bibliotheca gaudentes.
- f) Pecuniam hereditariam exigentes,
- g) Annuos Reditus capientes,
- h) Juribus Pauperum fruentes,

NOTABILIA.

- 1 Quod ille, qui immobilibus destitutus est, a satisfactionis praestatione non liberetur, licet instrumenta fatis liquida in judicio deponere velit.
- 2 Quod procurator defectum in mandato occurrentem per oblationem cautionis de rato in continentis supplere possit & debet.
- 3 Quod cautio de judicio sisti & judicatum solvi magis in criminalibus, quam in civilibus causis locum obtineat, excepto casu, quo Reus evidenter judicium posset reddere eluforum.
- 4 Quod praeter exceptionem legitimationis in causis cambialibus nullas admittantur dilatoria.
- 5 Quod exceptio satisfactionis non tantum in processu ordinario, sed etiam in summario & executivo admittatur.
- 6 Quod Actor, si sit vir integræ famæ, Reus consentiat, & Actio fatis fundata, admittendus sit ad cautionem juratoriam, ubi fidejussiores & pignora habere nequit.
- 7 Quod filius ab onere satisfactionis non sit immunis, etiamsi pater ipsius bona possideat immobilia.
- 8 Quod nec uxori remittatur satisfactione, licet maritus ejus sit fatus possessionatus.

9 Quod

DE SATISDATIONE

47

- 9 Quod qui fundum aliquem tenet jure retentionis ob expensas meliorationis, propterea a satisdatione non sit immunis.
- 10 Quod licet regulariter in causis matrimonialibus cautio pro Reconventione cesset, ea tamen non denegatur tunc, si Reus aliquod caput Reconventionis non matrimoniale docere possit, & hoc connexionem quandam cum conventione habeat.

AXIOMATA

- 1 Quantitas Cautionis relinquitur arbitrio Judicis.
- 2 Quoties negotium illud, intuitu cuius cautio exigitur, habet certam & determinatam estimationem, toties melior est cautio pignoratitia.
- 3 Quoties negotium illud, intuitu cuius cautio exigitur, non habet certam & determinatam estimationem, toties melior ca-
vetur per fidejussores.
- 4 Inanis est actio, ubi propter pauperiem adversarii, nihil potest intentari. *L. 6. ff. de dol.*
- 5 Qui judicem agnoscit pro se, debet quoque eum agnoscere contra se. *L. 14. C. de Judic.*
- 6 Melius est intacta iura servare, quam post vulneratam causam re-
medium querere.
- 7 Plus est habere rem quam actionem.
- 8 Qui petit id, quod statim reddere debet, in dolo esse praesumuntur.
- 9 Quoties Judex in sententioranda exceptionum dilatoriaram non facit mentionem, toties easdem ut irrelevantes tacite rejicisse credendus est.
- 10 Quaecunque exceptiones faciunt ad autoritatem judicij conseruandam, illae etiam a Judice ex officio partibus non urgenteribus moneri possunt.

CAP.



CAPVT XII.

CAPVT XII.

De

LITIS CONTESTATIONE.

SUMMARY.

1. Connexio. 2. Litis contestatio quid? 3. Quotuplex? 4. Quae ejus forma? 5. Super factō proprio quomodo respondendum? 6. Quomodo super factō alieno? 7. Quinam effectus Lit. contest?

Premissis Exceptionibus dilatoriis annexenda est Litis Contestatio,

Quo si illæ relevantes non sint, statim super hac decerni possit, utri vero Litis contestatio in genere considerata

Eft actus, quo Reus ad intentionem actoris clare, specifice, & absque annexione responder,

*Per quam partes invicem quasi contrahunt,
De continuanda lite & expectanda judicis sententia.
Ita ad formam eius essentiale pertinet ut sit*

Im ad formam ejus essentialem pertinet, ut fiat
 a) Perspicue, c) ad singula Libelli capita,
 b) Distincte, d) Absque annexione.

b) Distincte, d) Absque annexione.
Eisque I. vel Vera, vel Ficta.

Ven quæ fit per actum corporalem, respondendo ad actionem mortani
vel Oretensis, vel in Scriptis.

Filia, quæ ob contumaciam *Rei* facta esse singitur
II. vel Generalis, vel Specialis.

Generalis, quæ fit per Aversionem,
Specialis, quæ fit ad singula Libelli capita.

III. vel Affirmativa, vel Negativa, vel Mixta.
affirmativa recepta sunt verba negativa sunt propria. mixta sunt.

wahr/ geschehet/ si facta sunt propria, weiß/ glaubet/ si sunt aliena.
Negativa recepta sunt verba
negat/ geschehet nicht/ si facta propria

negiret / gesthet nicht / si facta propria,
weiß nicht / glaubet nicht / si facta aliena.

IV. vel

IV. vel Pura, vel Eventualis.

Pura est, quae fit prætermis omnibus exceptionibus.

Eventualis, quae fit præmis exceptionibus

1 Fori declinatoriis,

2 Dilatoris,

3 Litis ingressum impedientibus.

V. Solennis, ubi responderetur ad actionem ordinariam,

Minus solennis, ubi responderetur ad actionem summariam.

Interim effectus Litiscontestationis nobiliores sunt, quod

1 Operetur præventionem, 6 Excludat exceptiones dilatorias,

2 Interrumpat præscriptionem, 7 Impedit mutationem libelli,

3 Perpetuat actionem, 8 Excludat delationem juramenti,

4 Constituat reum in mala f. 9 Tribuat procuratori dominium li-

9 Mutet actionem poenalem, tis.

in rei persecutoriam. L. 26. 10 Denegat revocationem mandati.

ff. de O. & A.

NOTABILIA.

1 Quod facta L. C. hodie æquipolleat affirmative & reus tandem per decretum pro confessu & convicto habeatur.

2 Quod instar L. C. affirmativæ, verba ista; *Verlagter stellt es dar* bin valere non possint.

3 Quod L. contestationem dubiam generalem & obscuram judex ex officio rejicere possit, condemnando Reum in expensas.

4 Quod is, qui exceptionibus suis fori declinatoriis, aut litis ingressum impedientibus dissidit, necessum habeat, ut ad minimum in secunda positione item contestetur, si expensas termini & penam 5. Thalerorum evitare velit.

5 Quod plures litis consortes Litis Contestationi ab uno factæ omnes adhærere possint, modo hanc suam voluntatem expressè declaraverint.

6 Quod hodie tantum specialis L. C. locum habeat, atque adeo Generalis sit abundans & superflua.

7 Quod ad ea, quæ fundamentum actionis non concernunt, v.g. si actor in libello majorum suorum merita enarraverit, reus vel plane non, vel generaliter, er stelle dieses alles an seinen Ott respondere possit.

G

8 Quod

50 CAPVT XIII.

- 8 Quod protestatio illa vulgaris Reum respondendo ad actionem motam, illud facere nullo animo item contestandi, sed falso tem pro informando judice in causa nullius sit momenti.
9 Quod actore consentiente Litis C. generalis pro sufficiente habenda sit.

AXIOMATA.

- 1 Quod in processu ordinario est L. C. affirmativa & negativa illud in processu executivo est recognitio vel jurata diffessio.
2 Quaecunque pertinent ad substantialia processus, illa ne quidem in causa summaria citra vitium nullitatis omitti nequeunt.
3 Ut Litis contestatio ad quasi Contractus pertinet, ita post illam semel factam, invito Reo, nihil immutare licet.

CAPVT XIII.

De

EXCEPTIONIBVS PER-
EMTORIIS.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Exceptiones peremptoriae quid? 3. Quomodo dividuntur?
4. Unde oriuntur? 5. Quenam concernant personam rei? 6. Quae cum negotio nascuntur? 7. Quenam post negotium nascuntur? 8. Quando exceptiones peremptoriae opponenda? 9. Exceptiones privilegiatae quenam? 10. Quid circa illas norandum? 11. Anomale exceptiones quenam? 12. Quomodo ab aliis exceptionibus differunt? 13. Circa Exceptionem sponli quenam singularia occurunt?

Cum supra Cap. IX. expositæ sint exceptiones dilatoriaæ. Hinc nunc sequuntur peremptoriae, & anomalaæ. Exceptiones peremptoriae sunt, quæ si oppositæ & probatae fuerint, processum vel in totum vel pro parte tollunt,

Suntque

A. vel exceptiones juris, quæ immediate ex lege descendunt,
vel

DE EXCEPTIONIBVS PEREMTORIIS.

51

vel exceptiones facti, quæ immediate ex facto per LL. civiles approbato descendunt.

Ad Exceptiones Juris pertinent:

- a) SCti Macedoniani,
- b) - - Vellejani,
- c) Minorenitatis.

Ad Exceptions facti pertinent:

- a) Solutionis,
- b) Compensationis,
- c) Transactionis.

B. Exceptiones peremptoriarum sunt:

1. vel Communes, quæ tanquam altioris indaginis *Litis contestationi* immediate annexuntur. v. g.

- a) Rei non sic, sed aliter gestæ,
- b) Mutui dissensus,
- c) Usurariae pravitatis.

2. vel *Litis ingressum impeditentes*, quæ tanquam in continentia liquidæ litis contestationi præmittuntur,

- a) Rei iudicatae,
- b) Transactionis,
- c) Juris jurandi voluntarii. *Cap. II. de Lit. contest. in sto.*

3. vel privilegiatae, quæ in ipsa adhuc executione opponi possunt v. g.

- a) Solutionis,
- b) Compensationis,
- c) non adimpleti Contractus.

Reficiunt hæ & similes exceptions

vel Personam Rei, vel *Ipsam Causam*.

Personam Rei concernunt exceptions

- a) Minorenitatis,
- b) SCti Vellejani,
- c) SCti Macedoniani,
- d) Competentiæ,
- e) Cessionis bonorum.

Ipsam causam quæ concernunt, nascuntur

vel cum Negotio, vel post Negotium.

G 2

6um

Cum negotio nascuntur exceptions

- a) Doli Generalis & Specialis. i) Habes intus, quod petis.
- b) Metus. k) Non fundatae intentionis.
- c) Erroris. l) Rei venditae & traditae.
- d) Fraudulentæ persuationis. m) Nudorum tractatum.
- e) Simulationis. n) Deficientis cause debendi.
- f) Rei non sic, sed aliter gestæ. o) Deficientis subscriptionis Inter-
- g) Usurariæ Pravitatis. teresentium.
- h) Non num. pecuniae. p) Non competentis actionis.

Poſt negotiorum nascuntur exceptions

- 1) Transactionis, ii) Usucaptionis.
- 2) Paſti de non petendo, 12) Rei judicatae.
- 3) Non adimpleti Contrachus, 13) Cafus fortuiti.
- 4) Nondum soluti pretii, 14) Principis prohibitionis.
- 5) Solutionis, 15) Subsecutæ Reconciliationis.
- 6) Compensationis, 16) Dissimulationis.
- 7) Novationis, 17) Praescriptionis,
- 8) Delegationis, 18) Remissionis,
- 9) Cessionis, 19) Mutui Difensus.
- 10) Jurisjurandi, 20) Usurariae pravitatis (Analoci-

lli autem supra enarratae exceptions sunt communes. fini).

Poſt L. C. & allegandæ & probandæ,

Quibus opponuntur litis ingressum impedientes,

Ex Jure Canonico in praxin transmittæ,

Numero non nisi tres,

Scilicet Exceptio

- 1) Jurisjurandi voluntarii,
- 2) Transactionis,
- 3) Rei judicatae.

Sororio vinculo quasi inter se connexæ,

Quarum natura præ aliis in eo consitit,

Quod oppositæ & probatæ impedianc Litis contestationem,

Ia si altioris indaginis, poſt L. C. ablegantur,

In tantum, ut juramentum defuper deferri nequeat,

Ne per fententiam interlocutoriam lis protrahatur.

Preterea dantur, & exceptions, ut vocant anomaliæ.

Anoma-

DE EXCEPTIONIBVS PEREMTORIIS.

53

Anomala vero sunt, quæ pro diversitate circumstantiarum aliquando naturam dilatoriarum exceptionum induunt.

Atque eo pertinent exceptiones

- | | |
|-------------------------|---|
| a) Ordinis, | e) Moratorii, |
| b) Divisionis, | f) Cessionis bonorum; |
| c) Cedendarum actionum, | g) Spoli, |
| d) Competentiae, | h) Legis anaftasianæ. L. 22. 23. C. Mand. |

Ab aliis exceptionibus in eo distinctoræ,

Quod in ipsa etiam executione opponi possunt,

Modo antea non fuerint jamjam oppositoræ,

Et a judice causa in retro actis rejectoræ

vel Expressæ, vel Tacite.

Etsi vero in illo omnes convenient peremtoriæ exceptiones.

Quod non saltem allegandæ, sed & probandæ sint.

Nisi sint exceptiones juris, quæ probatione non indigent.

Attamen exceptio Spoliæ hæc singularia habet, quod

- | |
|--|
| a) Petitum ejus sit negative formandum, |
| b) ipsa intra 15. dies probanda; |
| c) etiam in alia causa opponi possit, |
| d) admittat juramenti delationem, |
| e) excludat replicam de compensando. L. ult. §. ult. C.
de Compensat. |

Procul dubio ideo, ne sub prætextu compensationis spolia maneat
impunita & occulta.

NOTABILIA.

- 1 Quod exceptions peremtorie allegari & probari debeant, et iam si videantur esse notoriae.
- 2 Quod moribus nostris omnis exceptio peremtoria induat naturam litis ingressum impeditentis, tunc ubi in continentि probari potest.
- 3 Quod ad probationem in continentि referri nequeat juramenti delatio.
- 4 Quod pluribus exceptionibus, licet diversis & contrariis, eodem tempore & simul uti nullibi sit prohibitus. L. 8. ff. de Except.
- 5 Quod exceptions litis ingressum impeditentes non saltem ante L.

G 3

te L.



- te L.C. opponi, sed etiam denio litis contestationi annexi possint, eum in finem, ut si non valeant, ut Privilegiatae, ad minimum valeant ut peremptoriae similes.
- 6 Quod vox; *in continenti* apud Saxones significet terminum Saxonum; apud nos vero illud ipsum tempus & punctum, in quo partes de justitia cause disputant.
- 7 Quod in Ducatu Magdeburgico etiam in processibus executivis super exceptionibus peremptoriis juramentum actori deferre licet. *M. P. O. Cap. 22. §. 2.*
- 8 Quod licet in statuto quodam sancitum sit, contra Instrumentum Guarentigiatum non admittendas esse exceptiones, nisi solutionis & compensationis, tamen non excludantur hoc ipso illæ exceptiones peremptoriae, quæ ex inspectione ipsius instrumenti fluunt, & in sensu occurunt.
- 9 Quod super exceptione dolii generali etiam juramentum deferri possit.
- 10 Quod exceptio dolii generalis in omni casu, ubi quis inique quid pretendit, locum habeat, atque adeo & parentibus, patronis & similibus personis, quibus alias specialis reverentia debetur, opponi queat.
- 11 Quod quamvis in Instrumento obligatorio omnibus & singulis exceptionibus, tam in genere, quam in specie renunciatum sit, tamen hec renunciatio non extendatur ad illas exceptiones, quæ post negotium demum natae.
- 12 Quod licet quis paratam solutionem jurato promiserit; exceptio tamen compensationis ipsis non denegetur, si post juratam renunciationem mutuum debitum natum fuerit.

AXIOMATA.

- 1 Reus exipiendo actor sit.
- 2 Sicuti actori incumbit onus probandi actionem, ita Reo incumbit probare exceptionem.
- 3 Quæ ad agendum temporalia, ad excipiendum fiunt perpetua.
- 4 Ad neglecta & rejecta non patet recursus.
- 5 Quæ Judex in sententionanda non advertit, illa tacite rejecisse presumitur.

σ Quic-

DE RECOVENTIONE.

55

- 6 Quicquid in theoria refertur ad negotii alicujus contraria, illud in praxi parit exceptionem peremptoriam.
7 In dubio omnis exceptio presumitur realis.
8 Quæcunque exceptio prodest debitori: illa in dubio etiam prodest fideiussoribus: & alius singularibus successoribus.
9 Quoties Debitor exceptione quadam vel uti noluit vel non potuit, toties per hoc singulari successori non prejudicatur.
10 Quæcunque Exceptio obstat cedenti, illa quoque regulariter obstat cessionario.

CAPVT XIV.

De

RECONVENTIONE.

SUMMARIA.

1. Connexio. 2. Reconventio quid? 3. Quo modis tractatur? 4. Quando instituenda? 5. Quis ejus effectus? 6. Que cause a Reconventione exceptae?

Instituta conventione & inchoata actione Reo incumbit;
Ut iniurias petitiones contra actorem eruat,
Ac si eas fundatas putet, ad reconventionem configiat,
Quo in suo Judicio facilius id consequatur,

Quod alias in foro actoris petere debuitset.

Est autem Reconventio actus, quo quis actorem ex connexitate
cause coram eodem judicio, licet alias incompetente, ad
respondendum provocat.

Tractatur hæc

vel Simultaneo processu, vel Finita conventione.

Simultaneo processu, si non saltem idem fundamentum Con- & Re-
conventionis; sed etiam idem modus probandi adlit,

Finita conventione, si fundamentum Reconventionis sit altioris in-
daginis, & diversus modus probandi.

Ubi vero Reus reconventionem instituere tenetur

vel ante L. C. vel In ipsa L. C.

Ad eum effectum, ut gaudeat beneficio simultanei processus;

In reconventus cogitur coram eodem juge respondere,

LXXX



*Licet alias sit persona ratione fori privilegiata.
Modo talis caula sit, quæ non in specie excipitur.*

Excipiuntur vero cause

- 1 Matrimoniales;
- 2 Feudales;
- 3 Criminales.

NOTABILIA.

- 1 Quod Actor per protestationem consuetam *de non agnoscendo jure*, *nisi qua Actor &c.* judicium reconventionis alias fundatum declinare non possit.
- 2 Quod jure Saxonico Reconventio nunquam habeat effectum *simultanei processus*, sed solum prorogatae jurisdictionis.
- 3 Quod in casu, ubi omissa exceptione fatisdationis pro Reconventione Reus ad solvendum condemnatus est, pecuniam debitam tamdiu judicialiter deponere possit, donec Actor sufficientem cautionem eo nomine praestiterit. *O. P. M. Cap. 19. §. 3.*
- 4 Quod in casu, ubi actori certa quantitas cautionis pro reconventione per judicatum fuit injuncta, postea super capite reconventionis denuo disputate permisum.
- 5 Quod Procurator Conventionis contra voluntatem suam in iudicio reconventionis respondere non teneatur.
- 6 Quod Reconventio non habeat locum, nisi contra eum, qui in iudicio Conventionis suo nomine egit.
- 7 Quod in causis injuriarum conexis, licet conventionali adhuc durante, Reconventio institui, & usque ad L. C. continuari possit, ut omnis ita interrumpatur præscriptio.
- 8 Quod Reconventio prius institui nequeat, nisi Reus judicato conventionis ad ultimum usque obulum satisficerit.
- 9 Quod contra conventionem in causa civili reconventio criminalis per modum simultanei processus institui nequeat. *Berlich. p. 1. cap. 22. n. 25.*

AXIOMATA.

- 1 Causa sumaria & ordinaria simultaneo processu tractari nequeunt.
- 2 Qui judicem agnoscit pro se, debet quoque cum agnoscere contra se.

3 De

- 3 De qua causa quis non potest cognoscere per modum Conventionis, de illa nec potest cognoscere per modum Reconventionis.
- 4 In causa diffamacionis & simili reconventio locum non habet.
- 5 Quae in conventione perdita, in reconventione recuperari possunt.
- 6 Facilius conceditur reconventio, quam exceptio.
- 7 Interest reipubl. ne acta & summus litis praeter necessitatem cumentur.
- 8 In processu executivo omnes exceptiones altioris indaginis ad Reconventionem alegantur.

CAPVT XV.

De

INTERVENTIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Interventio quid? 3. Quotupliciter movetur? 4. Interveniens quid docere debet? 5. Cautela contra interventionem?

ET res inter duos acta tertio regulariter non prospicit,
Adeo ut exceptio Tua non interest, repellat quemlibet a lamine judicii.

Præterea moribus nostris cessent actiones populares & quasi.

At tam si tertius interesse quoddam circa processum habet,
Sponte illud prosequi potest mediante interventione.

Interventio est actus, quo quis liti inter alios mota sponte se impiscet.

Et quidem ob interesse

vel Proprium, vel Commune.

Fieri interventione potest in quacunque judicij parte,

Ita tamen, ut qui intervenit animo alteri assistendi,

Teneatur processum continuare, prout illum reperit.

Econtrario, qui ob proprium suum interesse intervenit,

Ad processum in statu, in quo illum reperit, non obligatur,

Modo tamen interesse suum quadantenus docere possit,

H

alias

Alias ad juramentum malitiae adstringitur.

Imprimis, si ex Actis appareat, interventionem calum nose motam.

Aliquando etiam non obstante interventione executio decernitur.

Praesita prius a victore sufficiente cautione,

De restituendo eo, quod accipit, in casum succumbentiae.

NOTABILIA.

- 1 *Quod interveniens, si metuat judicem causæ non obstante interventione, nihilominus ad executionem progressurum, interventioni sue statim eventualem Appellationem annexere possit.*
- 2 *Quod sola scientia litem inter alios esse motam & agitatam suo nomine intervenienti nullo modo præjudicet.*
- 3 *Quod non saltem in causa civili tam seculari quam ecclesiastica, verum etiam in criminali civiliter intentata locum habeat inventio.*
- 4 *Pro non condemnato in causa criminali tertius interveniendo appellare, appellationemque hoc tolo nomine prosequi & justificari possit.*
- 5 *Quod in actione spolii, si spoliatus restitutionem ablatorum petat, tertius vero interveniat, & dominium suum probare paratus sit, executio tamdiu suspendenda, donec de dominii probatione prius cognitum & judicatum fuerit.*
- 6 *Quod tamen in casu, ubi tertius interveniens in rebus spoliatis vel similibus Dominum pretendit, spolians eas nihilominus extradere & judicialiter deponere teneatur.*
- 7 *Quod in casu promissi matrimonii, si tertius interveniat, & sponsam prætentat, utrique prætententium aditus ad sponsam inhibendus fit.*
- 8 *Quod duo pluresve in una causa separatim interveniendo interesse suum prosequi possint.*

AXIOMATA.

1 *Lis inter alios mota, tertio nec prodest, nec præjudicat.*

2 *Qui tacet, salvo suo interesse tacuisse presumitur.*

3 *Quod licitum est petere per separatam actionem, id licitum quoque est per interventionem querere.*

4 *Qui-*

- 4 Quicunque habent personam standi in judicio & interesse, aliquid docere possunt ad interveniendum admittuntur.

CAPVT XVI.

De

AUTORIS NOMINATIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Autoris nominatio quid? 3. Quando fieri debet? 4. In quibus Actionibus locum habet? 5. Quod ejus fundamentum? 6. Quae Cautela contra nominationem.

Autoris nominatio est actus, quo quis propter rem, quam animo alteri habendi possidet, conventus vero dominum indicat, insimulque petit, ut actio contra se instituta, mutatis mutandis, contra nominatum instituantur.

Ubi autem haec fieri debet præcise in primo termino,

Ad eum effectum, ut riomians e nexu litis liberetur;

Ita locum non invenit, nisi in Actionibus

Realibus, Mixtis, In rem scriptis.

modo fundamentum ejus in continent proberetur per

vel Testium depositionem,

vel Documenti productionem.

Alias nominanti juramentum malitia injungitur,

Quod si præstare nolit, per sententiam nominatio rejicitur.

NOTABILIA.

1 Quod Nominatio autoris post L. C. facta, si non habet effectum nominandi, habeat tamen ad minimum effectum denunciandi.

2 Quod usufructarius actione confessoria Conventus, autorem suum nominare non posse, bene tamen si ipsa res, in qua usumfructum habet, mediante vindicatione petatur.

3 Quod qui rem possident titulo retroventionis, additionis in diem, vel simili, autoris nominationem opponere nequeat, in primis si dominium ipsis judicialiter resignatum fuerit.

H 2

4 Quod

- 4 Quod in casu, ubi Reus autoris nominationem vel dolose, vel culpose omisit, sententia contra postfætorem lata vero domino non præjudicet.
- 5 Quod in actione spolii conductor nominando autorem a restitutione se liberare nequeat, nisi locator factum ejus sponte approbaverit. *O. P. M. R. Cap. 24. §. fin.*
- 6 Quod in actione de ejecto vel effuso inhabitor ædium, licet gratis & precario inhabitet, tamen per nominationem domini actionem contra se motam declinare non possit.

AXIOMATA.

- 1 Quoties autoris nominatio ob neglectum fatalium non valet ut autoris nominatio, toties ad minimum valet ut litis denunciatio,
- 2 Possunt esse duo domini unius rei in solidum, (diverso modo, tempore, vel quoad diversas partes.)
- 3 In quibus Casibus locum habet autoris nominatio, in illis Casibus multo magis locum habet litis denunciatio.

CAPVT. XVII.

De

LITIS DENUNCIATIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Litis denunciatio quid? 3. Quando fieri possit? 4. Quid si Reus Litis denunciationem omiserit? 5. An Reo regressus contra autorem competit, licet litis denunciationem omiserit? 6. Effectus litis denunciationis quis? 7. Quid si denuncians non compareat? 4. Differencia inter Litis denunciationem & autoris nominationem.

Quemadmodum æquitati naturali repugnat,
ut quis & re & pretio carere debeat,
Quem in finem inventa est Evictionis præstatio,
Vi sua refusionem pretii & omne interesse comprehendens;

l. 8. ff. de Evict.

Ita eam praecedere debet Litis denunciatio.

Eft autem Litis denunciatio actus, quo quis ab alio judicialiter conven-

DE LITIS DENVNNTIATIONE.

61

ventus auctori suo notificat, actionem contra se motam est
illumque ad assistendum citari petit.

Etsi vero illa regulariter fieri possit in quavis judicij parte,
Modo res adhuc per omnia sit integra,
Nec sententia definitiva vires judicati acceperit.

In tantum ut denunciatio cum actis transmittatur denunciato
vel Immediate, vel Per subsidium juris,
Attamen si conventus illam omiserit & succubuerit.
Tunc regressus contra autorem ipsi denegatur,
Nisi

1 vel Reus talis persona sit, cui competit restitutionis beneficium,
2 vel Autor se ad evictionem obligaverit absque prævia denun-
ciatione.

3 vel Reus agere velit ex jure cesso actoris per axioma 6.

4 vel Denunciatio auctori insinuari non potuerit,

5 vel Autor sponte comparuerit & Reo adstiterit,

6 vel Autor juraverit, se evictionem præstiturum,

7 vel Notorium sit, autorem nullum jus habuisse,

Ut autem denunciatio id potissimum operatur,
Quod denunciatus in foro denunciantis comparere & assistere te-
neatur.

Liter sit persona ratione fori privilegiata,

Ita in foro quoad item denunciatam quinque potissimum casus
processuales occurront.

1 Si denunciatus comparet animo assistendi denuncianti, tunc o-
mnibus quæ Denunciants excipiendo opposuit constantissi-
me adhæret annexa attamen solenni protestatione de non a-
gnoscendis iis, quæ ipsi in Exceptionibus præjudicare viden-
tur.

2 Ubi denunciatus se quidem fistit, sed ad assistendum obligatum
non putat, tunc opponit exceptionem non fundate intenti-
onis, & non competentis litis denunciationis, ad quam denunci-
cians replicat, Denunciatus duplicat, Judex simul in sententia
principali desuper pronunciat.

3 Ubi denunciatus contumaciter emanet, denunciants ipsius con-
tumaciam more solito, trinis distinctis vicibus accusat docen-
do in-

do insinuationem, & adjiciendo expensarum liquidationem, usque dum per sententiam denunciatus pro confessio & convictio declaratus fuerit, adeo ut in omnibus dictis casibus cursus Cause principalis nullo modo sistatur, sub quibuscumque cautelis etiam instrumentum Contractus inter denunciantem & denunciatum conceptum fuerit.

4 Ubi denuncians Caufam obtinuit regreßum contra denuntiam habere nequit, ne quidem ratione expensarum licet illas Judex in sententia vel expresse vel tacite præterierit.

5 E contrario ubi caufam perdidit sine suo facto com- vel omissionis nascitur ipsi actio ad Interesse in foro domicilii instituenda, nisi denunciatus forte bona quedam sub Judice Cause principalis habeat, & denuncians sibi per modum arresti vel inhibitionis consulere possit.

Ceterum quamvis auctoris nominatio & Litis denuntiatio differant.

1 Nominatio fieri debet in termino, (ratione temporis.)

Denuntiatio fieri potest in quacunque judicij parte,

2 Nominans exit e lite, denuncians in lite manet. (ratione effectus)

3 Nominatio tantum locum habet in actionibus realibus mixtis & in rem scriptis. (ratione objecti)

Litisdenuntiatio etiam in personalibus actionibus.

4 Nominans immunis est a sumtibus (ratione effectus)

Denuncians suis sumtibus acta denuntiato mittere debet.

Seppe tamen promiscue capiuntur & confunduntur,

Quoniam a nominatione ad denunciationem valet consequentia.

Præterea quia multis in casibus nominatio si non valet ut nominatio, tamen ad minimum valet ut *Litis* denuntiatio,

NOTABILIA.

1 Quod nominatio auctoris ante L. C. facta habeat effectum transferendi judicij, post item vero contestatam facta, si non habet effectum nominandi, habeat tamen effectum denunciandi.

2 Quod etiam in instantia appellationis reus adhuc item denuntiare possit.

3 Quod denunciatus causam in eo statu, in quo illam reperit, continuare teneatur.

4 Quod

DE LITIS DENUNCIATIONE.

63

- 4 Quod in casu ubi legatario lis moveatur super re legata, litis denun-
ciatio heredi fieri debeat præcise ante litem contestatam, sub
poena inadmissibilitatis. *O. P. M. R. cap. 24. §. 2.*
- 5 Quod licet autor in instrumento venditionis emtori promiserit
se proprio nomine litem tractaturum, suis sumtibus, & absque
assistentia emtoris, tamen emtor tamdiu in nexus litis maneat,
donec actor ipsum dimittat.
- 6 Quod etiam in transactione obtineat litis denuntiatio, eo nimisrum
casu, si aliquid datum, imprimis ad adimplendam transacti-
onem, non vero, si tantum aliquid remissum sit.
- 7 Quod litis denunciatio non fieri possit per saltum, nisi interme-
dii autores notorie sint non solvendo.
- 8 Quod in casu victoriae, ubi Reus absolutoriam obtinuit, sed abs-
que expensarum refusione, contra autorem ratione sumtuum
litis regressus denegetur.

AXIOMATA.

- 1 In omni contractu oneroso præstanta est evictio.
- 2 In nullo contractu lucrativo præstanta est evictio.
- 3 Quoties possessio rem perdidit, vel facto suo commissionis, vel
omissionis, toties cessat evictionis præstatio.
- 4 Quoties res evincitur ex speciali legis beneficio, toties cessat
evictionis præstatio.
- 5 Contra Casum fortuitum & vim majorem nulla præstatur evi-
ctio.
- 6 Qui agit ex jure cesso, litis denunciatione non indiget.
- 7 In quibus casibus cessat evictionis præstatio, in illis casibus celi-
fat litis denunciatio.
- 8 Quoties eadem subest vincendi causa, toties unius victoria etiam
alii prodeft.
- 9 Nemini credendum in eo, quod alterius onus concernit.
- 10 Res inter alios gesta tertio non præjudicat.
- n Quoties heres Legatario rem legatam præsticit, in eadem quid-
itate, quantitate, & qualitate, prout Testator reliquit, to-
ties nulla præstatur evictio.
- 12 Quoties vero heres abiit ab ultima voluntate Testatoris ulla ra-
tione, toties merito ad evictionem tenetur.

13 Con-



- 13 Contra quem inanis est actio, contra illum quoque inanis est litis denunciatio.
 14 Qui renunciat evictionis praestationi, non simul renunciat accepti pretii refusioni.
 15 Ubi nulla Evictione, ibi nulla Evictionis praestatio, nulla Litis Denunciatio.

CAPVT XVIII.

De

PROCESSVS REASSVM-
TIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Processus reassumtio quid? 3. Quotuplex? 4. Quenam hodie in usu?

Accidit aliquando, ut lite durante ligitans moriatur,
Hinc opus est respectu heredum processus reassumptione.
Eß autem processus reassumtio actus, quo heredes judicialeiter se declarant, quod item in eo statu, in quo defunctus ipsam reliquit, reassumere & continuare velint.

Hac licet sit

vel solennis, vel minus solennis.

Attamen moribus ultima sufficit,

Cum mandata pro heredibus concipientur,

Modo paulli legitimatioris si satisfactum,

In tantum ut sub poena reassumti citari heredes possint.

Imo tandem processus pro reassumto declaretur.

Insimulque in causa principali eodem modo, acsi defunctus adhuc viveret procedatur.

NOTABILIA.

1. Quod si defunctus in loco contractus item contestatus fuerit, heres ibi stare teneatur, licet ibi praesens non sit, nec bona ibi habeat.
2. Quod procurator processum reassumturus mandatum speciale exhibere

- hibere debeat, cum reassumtio virtualem hereditatis additionem in se comprehendat.
- 3 Quod tamen in mandato personam defuncti & causam, quæ reassumenda, præcise exprimere necesse non sit.
 - 4 Quod que a procuratore mortem principalis ignorantie, bona fide gesta sunt, propter defectum reassumtionis impugnari nequeant.
 - 5 Quod in casu plurium heredum omnes & singuli processum reassumere teneantur, adeo ut cautio de rato reliquorum nominis obliterata non sufficiat.
 - 6 Quod foemini processum reassumentibus si curatorem non habent, Curator ex officio constitutus sit.

AXIOMATA.

- 1 Personalia cum personis expirant.
- 2 Heres non potest plus juris prætendere, quam defunctus ipsi reliquit.
- 3 Qui suo nomine intervenit, ad reassumendum non tenetur.
- 4 Quoties successores causam possidendi non habent a defuncto, sed aliunde, toties inviti ad reassumendum cogi nequeunt.
- 5 Consultius agit qui aliquoties ad reassumendum provocat, quam qui statim in contumaciam pronunciari petit.
- 6 Pausus legitimacionis nullam patitur præclusionem.
- 7 Ubi actor ipse se non legitimavit, ibi Rei heredes ad reassumendum cogere nequit.

CAPVT XIX.

De

PROBATIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Probatio quid? 3. Quotuples? 4. Quid semiplena major?
5. Quid semiplena minor? 6. Quid semiplena in specie? 7. Quinam effectus barum probacionum?
8. Quomodo probatio & demonstratio inter se differt?
9. Regulariter probandum est factum.
10. In quibus casibus ius probandum?
11. Quare affirmanti incumbit probatio?
12. Quan-

Quanda negativa probanda? 13. Modus probandi quotuplex, 14. Reprobatio quid?

Quod si Reus ad actionem responderit,
Et item negative contestatus fuerit,
Tunc pro re nata vel Actor sponte ad probandum se se offert,
vel Judex ipsi probationem injungit.

Idque vel per registrataram, Et tunc terminus probationis à Quo currit a die Registraturae, Vel per sententiam interlocutoriam, Et tunc terminus à quo est tempus rei Judicatae, Quemadmodum vero probatio est actus judicialis, quo quis ea, quæ adversarius ipsi vel negat, vel in dubium vocat, pro informando judice, & refutando adversario verificare annuitur;

Ista est

I. Ab Origine

vel Naturalis, vel Artificialis, Naturalis dicitur, quæ concludit per argumenta ex natura desumpta,

v. g.

Adest lac, ergo peperit,

Sol lucet, ergo Dies est,

Grave est, ergo defeendit.

Artificialis est, quæ concludit per argumenta ex natura desumpta. v. g.

Usufructarius est, ergo fatisdat.

Fœmina est, ergo postulare nequit,

Contractus bilateralis est, ergo bona fidei.

Prout illa suppeditantur ab artibus

vel Vulgaribus, vel Liberalibus.

Atque hæc fit

vel a priori, a causa ad effectum,

a Toto ad partes,

a definitione ad definitum,

a dicto de omni ad dictum simpliciter,

vel a posteriori ab effectu ad causam,

vel ab uno relatorum ad alterum,

vel ab uno oppositorum ad alterum.

Vel

Vel ab argumento a contrario

a contrario sensu, vid. §. f. I. quib, mod, obl. toll.

II. Ab Effectu

*vel plena, ubi quis probanda apodictice deducit,
vel minus plena, ubi probanda topicē deducit.*

Minus plena rursum est

vel Semiplena major,

vel Semiplena minor,

vel Semiplena in specie.

Semiplena major est, cum quis probanda partim per unum testem
omni exceptione majorem, partim per testem, exceptions
admittentem deducit.

Semiplena minor est, cum quis per unicum saltem testem non o-
mni exceptione majorem probanda deducit.

Semiplena in specie est, cum quis per unicum testem omni exce-
ptione majorem, vel librum mercatoriale, nullo visibili vi-
tio laboranter intentionem suam probat.

Effectus harum specierum est, quod si actor probaverit

1 Plene, non opus sit ullo juramento,

2 Plus quam semiplene, admittatur ad suppleritorum,

3 Semiplene itidem ad suppleritorum,

4 Minus semiplene, adversarius ad purgatorium.

Quod si vero s.) actor actionem, Reus exceptionem semiplene,

Tunc in dubio pro Reo, ut admittatur ad purgatorium, nisi suspi-
cio perjurii subsit. a. l. *Arrianus* 47 ff. de O. & A. addatur M. P.

O. c. 39. §. 2. 54.

III. A. Qualitate

vel Probatio,

vel Reprobatio.

IV. A. Forma

vel Probatio in specie, vel Demonstratio,

Quae ultima divisio in sequentibus potissimum differt, quod

a) In probatione sit terminus legalis sui natura præclusivus,
In demonstratione terminus arbitrarius, a judice determinan-
dus.

b) In probatione admittantur interrogatoria, cause merita con-
cernentia.

In demonstratione tantum interrogatoria personas testium concernentia, in tantum ut si redemonstrans vellet renunciare articulis suis redemonstrativis, & loco eorum offerre Interrogatoria merita cause concernentia, id ipsi non permittatur.

- c) In probatione obtineat solemnis attestatorum publicatio.
- In demonstratione statim præfigatur terminus ad publicationem decreti, præmissa tamen nuda actionum inspectione.
- d) In probatione receptæ sint soleennes & alternae disputationes,
- In demonstratione loco disputationum sit brevis deducio unilateralis.
- e) In probatione Thema probandum includatur distinctis articulis.

In demonstratione illi distincti articuli cessent.

Ceterum in Demonstratione

vel nullus terminus prefixus est, & potest illa pro libitu differri, donec pars adversa terminum extrahat.

vel terminus quidem præfixus, sed sine poena & elapsō termino, si adversarius contumaciam accuset, expensæ refunduntur, sed salva demonstratione.

vel terminus præfixus cum poena, tunc eo lapsō adversarius contumacie me accusat & perdo demonstrationem, vel non accusat, & salva est demonstratio ut aliqua sit differentia in poenam legis & Judicis.

Quamvis vero regulariter probandum sit factum,

Cum judex jam jus scire presumatur,

Artamen & juris probatio aliquando injungitur.

Nimirum si agatur:

- a) De jure non scripto, *l. 34. ff. de LL.*
- b) De jure inter doctores dubio,
- c) De applicatione juris ad hypothesin,
- d) De explicacione juris in præsenti materia,
- e) De juris receptione & usu in foro,
- f) De conciliatione juris contrariantis,
- g) De derogatione juris posterioris.

In

DE PROBATIONE.

69

In tantum, ut probatio utriusque incumbat affirmanti.

Cum negantis per rerum naturam nulla sit probatio,

Nisi

- a) sit negativa juris,
- b) Reus fundamentum defensionis in negativa querat,
- c) sit negativa prægnans,
- d) sit virtualiter affirmans,
- e) Jura probationem expresse injunxerint.

Quemadmodum autem modus probandi quintuplex,

Nimirum per

- 1) Propriam adversarii confessionem,
- 2) Ocularem inspectionem,
- 3) Testium depositionem,
- 4) Instrumentorum recognitionem,
- 5) Juramenti præstationem.

In probatione finita non infrequens est, ut instituatur reprobatio,

Quæ est actus, quo Reus ea, quæ ab actore per modum probatio-

nis proposita, per argumenta contraria refutare intendit.

Atque hæc eodem modo suscipitur & finitur, quo probatio.

NOTABILIA.

- 1 Quod terminus probatorius a momento rei judicatae currere incepit; attamen non de momento in momentum, sed de die in diem computetur.
- 2 Quod fatali probationis non saltem tempus amicabilis compositionis, sed etiam feriæ pariter divine ac humanæ imputentur.
- 3 Quod in casu, ubi leuteratio vel appellatio deserta pronunciata fuit, fatale probationis demum ab eo die, quo sententia leuterationis vel appellationis vires rei judicatae accepit, currere incipiat.
- 4 Quod si in sententia super probatione lata, aliquid sit annexum, quod actor ante probationem expedire debet, v. g. se legitimare, terminus probationis non a tempore rei judicatae, sed quo judicato a parte actoris satisfactum, currere incipiat.
- 5 Quod in casu si notoria negentur esse notoria, non probandum quod vera, sed quod notoria sint.

I 3

6 Quod



- 6 Quod præterlapso termino probatorio probaturus ipso facto probationem perdat, et si ejus contumacia vel plane non, vel intempestive fuerit accusata,
- 7 Quod in processu civili moribus nostris cesserent positiones, juramentum dandorum & respondendorum, nec non interrogatoriæ actiones, in earum vero locum articuli, Litis Contesta-tio, juramentum malitiæ, generale & speciale successerint,
- 8 Quod si super aliis punctis leuteratum, vel appellatum fuerit, quæ probationem non attingunt, non obstante Leuteratione vel appellatione, fatalia probationis nihilominus currant.
- 9 Quod reprobatio, & exceptionum probatio toto cœlo differant, atque adeo deserta vel renunciata reprobatione non statim deserta renunciata dicatur exceptionum probatio. *vid. Stryk. Introd. ad pmx.*
- 10 Quod detur quoque probatio extrajudicialis, scil. coram nota-rio & testibus, expedienda in casu postessorii summariissimi, defensione inquisiti, & in examine ad perpetuam rei memo-riam. *Magd. Ord. Pol. cap. 17. §. 2.* attamen probatio nihilominus ad actus Judiciales referenda fit, fieri soleat denomi-natio,

AXIOMATA.

- 1 Pro quo militat juris præsumtio, illi nulla injungi potest probatio.
- 2 Ex puris præsumptionibus nemo condemnandus.
- 3 Quæ probata non relevant, ad probandum non admittuntur.
- 4 Quæ facti sunt, non præsumuntur, sed probanda.
- 5 Jūdex non debet jūdicare juxta scientiam, sed juxta acta & pro-bata.
- 6 Actore non probante, Reus absolvitur.
- 7 Actore probante Reus condemnatur.
- 8 Notoria non indigent probatione.
- 9 Quicquid juris est in probatione, id quoque juris in reproba-tione.

CAP.

CAPVT XX.

De

PROPRIA ADVERSARII CONFESSiONE.

SUMMARY.

3. Connexio. 2. Qualis esse debeat propria confessio? 3. Quid si revocata fuerit? 4. Confessio procuratoris quoque principali noceat? 5. Minores contra confessionem in integrum restituuntur.

Q uod admodum eum in finem introducta est Litis Contesta-
tio,
Q uod Judex exinde videat, quae reus negat, quae confitetur,
Ne superflua trahantur ad probationem;
*I*m propria Rei confessio reliquas probationum species antecedit.

- a) Seria,
b) Judicialis
c) Libera.
d) Acceptata.

Hinc quatinus *utrum ex his requisitis deficit nihil operatur.*

Imprimis si a confiteente statim fuerit revocata.

Quemadmodum vero procuratoris confessio principali non nocet,

Nisi hic

- a) In iudicio præsens fuerit,
 - b) Ea quæ dicuntur intellexerit,
 - c) In continentि non contradixerit.

Ita minores contra confessionem in integrum restitvuntur.

Etiamsi confessio causam criminalem concernat.

Præsertim, si ex capite præcipitantia impugnetur.

NOTABILIA

- NOTABILIA.
1 Quod regulariter contra instrumentum Guarentigiatum non admittantur exceptiones, nisi vel itidem ex Instrumento simili, vel ex adversarii confessione in contingenzi probari possint.
2 Quod sola Creditoris confessio, partim aut nihil operetur, etiam si aliquod administratum nisi accesserit.

Quod

CAPVT XX.

- 3 Quod debitoris confessio extrajudicialis, reiterata & accepta idem operetur, quod confessio judicialis.
- 4 Quod confessio heredis unius, reliquis non noceat.
- 5 Quod confessio qualificata a Reo facta, imprimis in causis Criminalibus ipsi injungat onus probationis.
- 6 Quod etiam in causis civilibus actor ob qualificatam rei confessionem ab onere probandi actionem aliquando liberetur, nimurum si qualitas illa ex intervallo, vel inutiliter adjiciatur, aut inferat factum plane diversum.
- 7 Quod contra sententiam ex confessione latam, nec admittatur appellatio nec Leuteratio.
- 8 Quod confessio iterata & juramento confirmata inducat presumptionem præviæ certiorationis.

AXIOMATA.

- 1 Propria confessio est omnium optima probatio.
- 2 In confessum & convictum partes judicis non sunt nisi condemnatoriae.
- 3 Quicquid a parte altera nondum est acceptatum, illud semper est revocabile.
- 4 Instrumentum habet vim judicialis confessionis,

CAPVT. XXI.

De

OCVLARI INSPECTIONE.

SUMMARIA.

1. Connechio. 2. Ocularis inspectionis quænam utilitas? 3. Quando decernatur? 4. Av in executione locum inveniar? 5. Cujus sumtibus expedienda? 6. Quo modo? 7. Quis ejus effectus.

Quemadmodum oocularis inspectio antiquissima probatio est, Dum ortum suum traxit ab eo statim tempore, quo controversiae coeperunt; ita insigitem utilitatem potissimum in eo praefat, Quod cognitio loco questionis, interrogatoria eo accuratius formari possint.

Imo

DE OCVLARI INSPECTIONE.

73

Imo quod etiam Judex sententiam suam facile concipere quest.
Hinc non saltem ad unius instantiam decernitur,
Verum etiam aliquando ex officio suscipitur.
Imprimis si veritas alio modo haberri nequeat,
In ipsa etiam executione locum inveniens. Ord. Proc. cap. 38. §. 2.
Aliquoties quoque repetenda, si res ita ferat,
Non tamen aliter, quam sumtibus petentis,
Prævio nonnunquam juramento malitia.
Adibitis quoque mensoribus ex alieno territorio,
In præsentia partium juramento confringendis.
In tantum, ut sententia contra ocularem inspectionem lata sit ipso
jure nulla.

NOTABILIA.

- 1 Quod non omnes causæ admittant ocularem inspectionem, sed
saltem illæ, quæ magis judicium, quam testimonium requiri-
rant.
- 2 Quod inter has causas connumeretur quoque virginitatis pro-
batio.
- 3 Quod virginitas probata credatur, si maritus prima nocte concu-
bitus linteamina fanguinolenta inveniat.
- 4 Quod ocularis inspectio locum habeat, etiam si quis jam aliis pro-
bationibus usus fuerit, & succubuerit.
- 5 Quod in casu novi operis nunciationis & similibus etiam ante
Litis Contestationem expediri possit ocularis inspectio.
- 6 Quod pictores topographiæ confidiendæ exhibiti debeant esse
immatriculati.
- 7 Quod in ipso actu ocularis inspectionis testes quoque simul pro-
duci & examinari possint, ita tamen, ut diligenter admone-
antur, de observandis iis, quæ demonstrantur, & non reve-
landis iis, quæ audient, nec inter se conferendis illis, quæ
gesta sunt.

AXIOMATA.

- 1 Sententia contra evidentiam facti lata, est ipso jure nulla,
- 2 Quæ non requirunt solemnum judiciorum ordinem, illa nec ad
terminium probatorum alligata.
- 3 Omnis præsumtio cedit veritati.

K

4 Quo+



- 4 Quoties ocularis inspectio expedita ex officio, toties sumitus in illam facti redundant in succumbentem.
 5 Quicquid oculus videt, nemo fideliter negat.
 6 Sententia, quae per evidentiam facti elidi potest, non transit in rem judicatam.

CAPVT. XXII.

De

PROBATIONE PER TESTES.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Quid est probatio per testes? 3. Quotuplex? 4. Quanam irregularis? 5. In regulari ad quenam attendendum? 6. Producendi quenam observanda? 7. Quid consilii pro producente, si omnes testes compareant? 8. Si quidem compareant? 9. Si nemo ex testibus compareat? 10. Quenam producio observanda? 11. Quenam testi? 12. Quenam judici?

Tertia probationis species dicitur, quae fit per testes. Est autem probatio per testes actus, quo quis fundamentum sue intentionis mediantibus articulis testimonialibus probare intendit, subjectis in fine nominibus testim cum Directorio.

Dividitur illa in

Regularem & Irregulari.

Regularis est, quae post L. C. instituitur.

Irregularis est, quae quovis tempore institui potest,

In perpetuam negoti alicujus memoriam,

Imprimis, si subsit periculum amittendi testimonio.

Quemadmodum vero irregularis non est hujus loci,

Ita in regulari decenter tractanda occurunt:

1 Producens, 3 Testis.

2 Productus, 4 Judex.

Prsterea quoad ipsum negotium examinis

a) Antecedentia,

b) Concomitantia,

c) Con-

- c) Consequentia,
- d) Contrariantia.

I. *Producens* in id incumbat sedulo, ut

- a) Curet, ne terminus probationis elabatur.
- b) Tempestive dilationem petat.
- c) Tandem articulos cum nominibus testium & Directorio offerat.
- d) Citationem tam producō, quam testibus insinuari vigilet.
- e) Subsidialem citationem, ubi opus est, instanter petat.
- f) De insinuatione hujus & requisitorialium sollicitus sit.
- g) Sumtus itineris testibus offerat.
- h) Testes in locis remotis habitantes per Commissarium examinari roget.
- i) Ubi Judex terminum productionis præfigere moratur, de adhibita diligentia in scriptis protestetur,
- k) Terminum productionis specificē annotet.
- l) In termino prefijo ipse ne emaneat.
- m) Testibus omnibus examinatis publicationem attestatorum urgeat.

Cum vero in termino productionis compareant testes,
vel Omnes, vel Quidam, vel Nulli.

Hinc incumbit producenti, ut si adfint

- n) Omnes, illos producat, de evitando perjurio & dicenda veritate admoneri, juramento constringi, ad articulos examinari, & dicta eorum distincte in protocollum redigi petat, ac contra producēti interrogatoria impertinentia protestetur.
- o) *Quidam*, præsentes producat, absentium contumaciam accuset, petendo, ut ad alium terminum arctius citentur, & iste terminus producōto notificetur, annexa protestatione contra Interrogatoria absurdā, captiosa, vel æquivoca.
- p) Nulli, contumaciam eorum in scriptis accuset, petendo, ut ad novum terminum sub certa mulcta vel carceris pena arctius citentur.

II. *Productus*, quam primum articulos accepit,

K 2

a) An.

76 CAPVT XXII.

- a) An fatale probationis elapsum sit, inquirat.
- b) Loco comparitionis exceptionem desertae probationis opponat.
- c) Contra articulorum obscuritatem, impertinentiam & excipiat.
- d) Testes inhabiles a limine judicij tempestive excipiendo repellat. *Ord. Proc. Renov. cap. 30. §. 4.*
- e) Ubi de inhabilitate testium nondum edocitus est, prorogationem Termini productionis petat, allegando causam undecunque defuntam, non tamen ab inhabilitate testium.
- f) In examen habilium testium consentiat.
- g) Exceptions contra personas & dicta testium reservet.
- h) Interrogatoria tempestive conscribat & offerat,
- i) Testes suspectos severe de perjurio evitando admoneri petat;
- k) Contra terminum publicationis protestando ad reprobadum se offerat;
- l) Ubi publicatio jam facta, ad restitutionem in integrum provocet.

III *Testis* uti se non immiscet, nisi denominatus & citatus,
aliquando:

vel Plane testimonium declinare intendit,
vel Domi examinari desiderat,
vel Sumtus itineris pretendit.
vel Ad communicationem articulorum provocat,
vel Per ignorantiam se excusat,
vel Juramentum malitia a producente urget,
vel Juramentum sibi reinitti petit.
vel ad protocollum se refert.

IV. *casu*, ubi Testis ad protocollum suum se refert.

- a) *Testimonium declinare intendit*, hujus rationes & causas tempestive in scriptis alleget, & producenti eas communi- cari petat; formulam *vid. p. 108. add. Proceß-Ordnung. cap. 30. §. 17.*

- b) *Domi examinari desiderat*, & ad Beneficium L. 15, ff. d. jure- jur. provocet.

c) *sum-*

DE PROBATIONE PER TESTES.

77

- c) *Sumeus itineris desiderat & Liquidationem eorum memorialia annectit.*
- d) *Ad communicationem articulorum provocat, & frustra laborat.*
- e) *Pir ignorantiam se excusat, & resolutio ipsi datur, quod de iis, que seit, faltem deponere debeat.*
- f) *Juramentum malitia a producente urget, & causas hujus suspicionis exprimat.*
- g) *Juramentum sibi remitti petit, & ad officium suum, vel fidem pastoralem provocet.*
- h) *Ad protocollo suum se refert, & tunc in casu si thema probandum, claris verbis in protocollo continetur, testimonium invitus dicere non cogitur, ubi vero thema nec pro nec contra in protocollo reperitur ibi a testimonio se liberare nequit.*

IV. Index, quantum ad examen testium attinet,

Officium suum etenim observet, ut

- a) Oblatis articulis citationem tam ad productum quam testes ocyus emittat.
- b) Testes de evitando perjurio admoneat, vel generaliter vel specialiter.
- c) Juramento testes constringat,
- d) Exceptionem inhabilitatis vel similem sententia sua decidat.
- e) Aliquando ad exteriores acta transmittat,
- f) Partes litigantes fecedere jubeat,
- g) Testes juxta Directorium separati examinet.
- h) Testium dicta verbotenus, si fieri potest concipiatur.
- i) Testibus in continent ea, que deposuerunt praegatt.
- k) Examinatos sub impositione silentii dimittat,
- l) Terminum publicandorum attestatorum praefigat.
- m) Rotulum super attestatis conscribat.

NOTABILIA.

n) *Quod producetus quidem ad videndum produci, & jurari testes, non vero ad dandum interrogatoria citari debeat, excepto casu ubi inquisito articuli probatoriales communicantur.* *viii.*

Ord. Proc. Ren. cap. 50. §. 4.

K. 3

x Quod

- 2 Quod articuli probatoriales, nec a producente, nec a Judice testibus communicari debeant,
- 3 Quod protestatio contra testem in totum inhabilem, si fundatum ejus in continentis probari possit, illum statim a testimonio repellat,
- 4 Quod testes super turpitudine contestium generaliter examinari possint.
- 5 Quod quilibet articulus tantum unicum caput in se continere debeat.
- 6 Quod depositio testium absque prævio juramento facta, nullius sit momenti.
- 7 Quod procurator testibus juramentum remittere nequeat, nisi speciali mandato eo nomine instrutus sit.
- 8 Quod subditi etiam in causa principis vel domini testari possint, modo juramentum subjectionis prius ipsis ad hunc actum fuerit remisum.
- 9 Quod si testes circa prælectam depositionem quid moneant. Judex illud in continentis supplere possit.
- 10 Quod clausula vulgaris articulis in fine adjici solita: *Cetera relinquuntur Legalitati domini examinantis*, nullum habeat usum.
- 11 Quod reprobatio ante publicata attestata probationis institui debeat.
- 12 Quod si probatio per instrumenta facta fuerit, terminus a quo introducenda reprobationis a die insinuatæ citationis super disputationibus currere incipiat.
- 13 Quod producenti ante lapsum termini probatorii alios testes nominare, novos articulos offerre, & Directorium mutare liceat, modo juraverit, se hos testes & has circumstantias in novis articulis comprehensas ignorasse,
- 14 Quod ubi requiritur juramentum corporale, ibi in Clericis fidibus pastoralis non sufficiat.
- 15 Quod in casu, ubi juramentum testi remittitur, ille ad minimum vel sub formula, an *Eydes statt* / vel sub fide principi præstata deponere debeat.
- 16 Quod Judex in casu, ubi partes super impertinentia disputant, omnes articulos sub clausula: *salvo jure impertinentium*, admittere possit.
- 17 Quod

- 17 Quod aliquando, si omnes & singuli articuli generales & impertinentes sint, Judex illos, etiam parte adversa non urgente, per sententiam rejicere possit.
- 18 Quod productus formans interrogatoria, ubi ad cardinalem negotii pervenit, rogare possit judicem, ut intuitu hujus articuli juramentum praestitum testi in memoriam revocet.
- 19 Quod in examinandis testibus, etiamsi causa criminalis sit, nunquam ad praestationem juramenti sacerdotes adhibeantur.
- 20 Quod rotulus testium ita sit conscribendus, ut sub quovis articulo & interrogatorio omnium testium depositiones ordine collocentur, quo ita uno intuitu Judex videre possit, in quantum testes vel consentiant, vel sibi contradicant.
- 21 Quod in casu ubi testes a Commissario examinandi, & causa sit alicujus momenti, optime sibi consulat productus, si vel Notarium vel Concommissarium adjungi curet.
- 22 Quod examen testium nemini committi debeat, nisi sub hoc principe territorii degat, & juramento ipsi adstrictus sit.
- 23 Quod aliquando testis super propria turpitudine interrogari possit, si nimirum productus probabile fundamentum hujus interrogatorii adducere possit.
- 24 Quod productus potiora interrogatoria contra articulum cardinalem formare debeat.
- 25 Quod exceptionem inhabilitatis contra unum vel alterum testimoni in ipso termino productionis opponere non liceat, eti illa in continent probari possit. O. P. M. R. cap. 30. §. 4.

AXIOMATA.

- 1 Nemo potest esse testis in propria causa I. 10. ff. de Test.
- 2 Testi non jurato non creditur.
- 3 Nemo contra se ipsum testimonium dicere tenetur.
- 4 Testi varianti non creditur.
- 5 Nemo super propria turpitudine testimonium dicere cogitur.
- 6 Quoties jura in actibus inter vivos requirunt testes, neque exprimunt numerum, toties duo sufficiunt. I. 12. ff. de Test.
- 7 Quoties jura in actibus ultimae voluntatis requirunt testes, sed non exprimunt numerum, toties quinque sufficiunt. S. fin. I. de fideicommiss. hered.

8 Quo-



- 8 Quoties inhabilitas testis clara & liquida est, toties ille a testimonio dicendo plane repellitur.
 9 Quoties inhabilitas testis est altioris indaginis, toties testis quidem admittitur, sed exceptiones contra personas & dicta servantur
 10 Quoties testis utriusque litigantium vel consanguinitate vel affinitate, vel simili vinculo junctus, toties ipsi inhabilitas opponi nequit.
 11 Ex quibus causis Judex arguitur ut suspectus ex illis quoque testis, ut suspectus repellendi potest. l. 15. §. 1. ff. de Judic.

CAPVT XXIII.

De

PROBATIONE PER DOCUMENTA.

SVMMARIA.

1. Connexion. 2. Documentum quid? 3. Quoruplex? 4. Ad notarii instrumentum quanam requirantur? 5. Quid si unum vel alterum requisitum deficit? 6. Quid interest, instrumentis an quis utatur ad fundam adiutoriem, an ad probationem? 7. Que circa probationem per documenta necessario observanda? 8. Conscriptio documenti quomodo fieri debeat? 9. Produlgio documenti quomodo expedienda? 10. Actor an instrumenta edere teneatur? 11. Reus que instrumenta edere cogatur? 12. tertius quando ad editionem obligetur.

Probatio per documenta, est actus, quo partes litigantes mediantebus documentis, certis articulis inclusis fundatum suæ intentionis probare annuntuntur.

Documentum vero est scriptura in perpetuam memoriam & fidem alicujus negotii conscripta.

Eisque

I. vel Publicum, vel Privatum.

Publicum est, quod publica nititur autoritate & fide.

Priva-

DE PROBATIONE PER DOCUMENTA.

81

Privatum, quod privata fide sustinetur.

Publicum rursus

a) vel Vere publicum, vel Quasi publicum.

Vere publicum, quod judicialiter confectum,

Quasi publicum, quod

vel a Notario conscriptum. vid. L. u. Cod. qui pot. in pign. & Auth.

se quis vult caute eod.

vel trium Testium subscriptione munitum.

Uti vero Notarii Instrumentum aliter non valet, quam si fuerit
confectum,

a) a Notario legitimato,

b) Per modum solennis instrumenti,

c) Coram 2. testibus specialiter subrequisitis,

d) Adjecto magno notariatus sigillo.

*I*ii si unum ex his requisitis deficit, juramentum suppletorium ex-
igitur a Notario,

Imprimis, si pars adversa hoc urgeat.

II. vel *Originale*, vel *Copiale*.

Copiale rursus

vel Simplex, vel *Vidimatum*,

III. vel *Referens*, vel *Relatum*.

Referens est, quod mentionem facit alterius documenti.

Relatum est, cujus mentio fit in Instrumento referente,

Et si vero moribus Saxonis & aliorum locorum instrumenta in-
ferviant ad fundandam

vel Actionem, vel Probationem.

Hac saltem observata differentia, quod

a) *Quoad* fundandam actionem non admittatur comparatio
manuum.

Quoad fundandam probationum vero admittatur. *Ord. Pot.*
Ren. cap. 35. §. 1.

b) *Quoad* fundandam actionem requirantur documenta ori-
ginalia.

Quoad fundandam probationem sufficiant etiam copiae.

c) *Quoad* fundandam actionem non admittantur documenta
tertii privata.

L

Quoad

Quoad fundandam probationem quælibet documenta admittantur.

d) Quoad fundandam actionem edictio Documenti penes adversarium vel tertium existentis locum non inveniat.

Quoad fundandam probationem ejusmodi editio, durante Fatali probationis semper permisſa sit.

Atamen hic tantum considerantur, prout probationi inserviunt.

Quo vero accurate cognoscantur, attendenda eorum

a) Conscriptio, e) Recognitio,

b) Productio, f) Comparatio,

c) Editio, g) Amisſio,

d) Diffessio,

I. *Conscriptio* ut recte fiat, requiritur, ut exprimatur

1 Annus, 4 Locus,

2 Causa debendi, 5 Modus,

3 Personæ interessentes. 6 Tempus solutionis.

Que omnia si concurrant, guarantiatum vocari solet.

II. *Productio* valida est, licet articulis adjecte sint copie,

Modo in ipso termino productionis originalia producantur,

Ita, ut quodlibet documentum certo rubro & signo notetur,

Adiecta clausula, producentem expectaturum, qua ratione produc-

tus,

vel Recognitionem recepturus, vel Jurato diffessurus sit.

III. *Editio* instrumentorum petitur ab

vel Actore, vel Reo, vel tertio.

Autor omnia instrumenta edere tenetur.

Imprimis ea, que allegavit in Libello,

Nisi in illis propria ipsius turpitudine continetur, vel pia Causa a-
ctoris vice fungatur.

Reo regulariter nulla edit documenta,

Ne proprio gladio se jugulare videatur,

Nisi

vel Communia fint,

vel Actor iis opus habeat ad replicandum,

vel Veritas aliter haberri nequeat.

Tertium itidem non edit instrumenta,

Nisi

Nisi

vel Ea nude custodiat,
 vel Ad editionem se obligaverit,
 vel Instrumenta communia sint,
 vel Veritas aliter haberi non possit.

Petitur hæc editio per modum

vel Actionis de edendo,
 vel Officii Judicis implorationis,
 vel Actionis emti.

Contra eos, qui jurisdictioni judicis subsunt, mediante mandato,*Contra* illos, qui Jurisdictioni ejus non subsunt, mediantibus re-

quisitorialibus.

Modo implorans Documenti existentiam & in thesi & hypothesi

quandantibus demonstret,

Aut Imploratio in casum negationis juramentum desuper deferat.*Quo* ultimo casu implorans prior de calumnia jurare tenetur.*Imprimis* si pars adversa hoc urgeat.*Interim* ille, à quo editio petitur, documenta se habere

vel confitetur vel negat.

Ubi confitetur, ad editionem eorum sumtibus potestis simplici-

ter tenetur,

Nisi Justam causam recusandi tempestive & allegaverit & probave-

tit,

Quod si negat, ad præstationem juramenti malitiæ condemnatur,*Ut Juret*, se nec habere, nec dolo malo possidere desuisse;*In tantum*, ut contra hoc juramentum nec relatio, nec consciencie exoneratio locum habeat.*Excepto* unico casu, ubi ab herede petitur editio documenti, quod

defunctus possedit,

Cum ibi per legale inventarium, vel juratam specificationem con-

scientia commode exonerari possit.

IV. Diffessio aliter fieri nequit, quam mediante juramento,*Hoc* uti a

vel productio sponte suscipitur,

vel judice per sententiam imponitur.

Item contrarii probationem omni tempore admittit. *vid. L. 31. ff. de ju-*
rejur. *Eriam si.*

*Etiam si quis post præstationem demum se ad illam offerat,
In tantum, ut si in probatione succubuerit.*

Tunc novus terminus ad jurandam præfigendus fit.

Cessante actione injuriarum contra producentem.

V. Recognitio sequenti modo procedit.

Productus

vel Recognoscit, vel Recusat.

Si recognoscit, oportet, ut pure & distincte recognoscatur.

*Addita ut plurimum consueta formula, salvis exceptionibus, salva
rei veritate & reprobatione.*

Si recusat recognoscere, hoc sit ob vitium

vel Formæ, vel Materiæ.

Ubi vitium occurrit in forma,

Tunc opponit exceptionem irrecognoscibilis documenti,

Petendo, ut ante omnia super hac exceptione pronuncietur.

Si vero vitium occurrit in materia,

*Tunc negat, hanc esse manum suam, aut ejus, cuius nomen ex-
pressum.*

Quo facto, producens equidem recognitionem acceptat,

Aff ratione non cognitorum contumaciam producti accusat,

Petendo, ut super juramento diffensionis pronuncietur.

VI. Comparatio. Hæc ut accurate fiat, expedienda

a) Per scriptoria artis peritos, (geschröhrne Stuhl-Schreiber/)

b) Formatis articulis, cause merita non concernentibus,

c) Aliquando per testes de propria visione deponentes. *vid.*

p. 3. p. 168. seqq.

VII. Amissio uti est

vel Dolosa, vel Culposa, vel Casualis,

Ita duobus prioribus casibus amissio parti adversæ non nocet,

Quin potius instrumenta amissa pro editis & recognitis habentur,
ultimo vero casu præstatur juramentum malitiaæ.

NOTABILIA.

1 Quod documenta publica præcise sint recognoscenda, aut falsitas
eorum docenda.

2 Quod producens in casu, ubi producit documentum diversa ca-
pita

pita in se continens, protestari debeat, se illud sicutem in passibus utilibus productum.

- 3 Quod in documentis privatis producto liberum sit, vel recognoscere, vel diffiteri, licet recognitio ipsi simpliciter & sub poena recogniti per judicatum fuerit injuncta.
- 4 Quod documentum referens absque relato nihil probet, nisi Tenor relati sit referenti insertus,
Debitor exceptioni deficientis referentis renunciaverit,
vel Causa veretur inter mercatores,
vel Debitor partem debiti, in referente contenti, solverit.
- 5 Quod post terminum probatoriorum instrumenta producturus, non audiatur, nisi praestiterit juramentum, se ante eorum notitiam non habuisse.
- 6 Quod omnia documenta pro fundanda probatione producta recognosci debeant, etiam si manu tertii, producto ignota sint scripta.
- 7 Quod sub praetextu scripturæ vel sigilli ignoti recognitionem documentorum nemo detectare possit.
- 8 Quod productio documentorum ante Litem Contestatam facta, denio post L. C. sit repetenda.
- 9 Quod documenta litis ingressum impeditia etiam ante L. C. produci possint, & debeant.
- 10 Quod documentum subscriptum & non sigillatum, aut sigillatum, sed non subscriptum, tamen recognosci debeat.
- 11 Quod documentum subscriptum, nec sigillatum recognoscendum sit, si productus propriâ manu scripsérit.
- 12 Quod documentum in alio loco, vel archivo existens, coram Magistratu illius loci recognoscendum sit. *vid. l. 18. Cod. d. fid. instrument.*
- 13 Quod licet in documento publico sigillum corruptum vel lacratum appareat, tamen propter ea nec ut falsum accusari, nec ejus recognitio declinari possit.
- 14 Quod si periculum sit, documentum aliquod perdi posse, productus ad videndum exemplificari citari & ideo certus terminus præfigi debeat.
- 15 Quod in casu ubi mercator ad productionem librorum condemnatus

tus sit, sufficiat eos produxisse coram suo magistratu, & attestatum de validitate horum librorum imperiasse,

AXIOMATA.

- 1 Fides publica non subiacet diffensioni privatæ.
- 2 Instrumentum sine die & consule est irrecognoscibile.
- 3 Pro instrumentis militat præsumtio & veritatis & justitiae.
- 4 Qui instrumentum aliquod agnoscit pro se, tenetur quoque illud agnoscere contra se.
- 5 Quæ ad certum fatale alligata, a partibus pro lubitu anticipari nequeunt.
- 6 Instrumenta noviter reperta etiam in ipsa executione locum inveniunt.
- 7 Quoties in instrumento Notarii omissum est requisitum essentiale, toties nullam meretur fidem.
- 8 Quoties in instrumento Notarii omissum est requisitum extra essentialie, toties Notarius desuper jurare cogitur, & præstatio hoc juramento semiplenam meretur fidem.
- 9 Quoties in instrumento Notarii, nihil omissum est, toties per se semiplenam fidem habet.
- 10 Quæcunque requisita contribuunt aliquid ad detegendam veritatem vel falsitatem negotii, illa dicuntur essentialia.
- 11 Quæcunque requisita nihil contribuunt ad detegendam veritatem, vel falsitatem, negotii, illa dicuntur extraessentialia.

CAPVT XXIV.

De

PROBATIONE PER JURAMENTA.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Juramentum quid? 3. Quotuplex? 4. Quæ species jumenti publici? 5. Quæ species quasi publici? 6. Privarum quotuplex? 7. Judiciale quotuplex? 8. Voluntarium super quo defertur? 9. Necifarium

sarium quis imponat? 10. Necessarii quenam potiores species? 11. Hunc loci quenam? 12. Circa voluntarium judiciale quenam in foro observanda? 13. Quid circa juramenti delationem notandum? 14. Quid circa relationem? 15. Relatio in quibus casibus locum habeat? 16. Relaturus Juramentum quid observare debeat? 17. Acceptatio quid? 18. Quid illam sequitur? 19. In termino ad juramentum previso quid si neuter compareat? 20. Quid si ille compareat, cui juramentum calumnia incumbit? 21. Quid si ille tantum compareat, cui juramentum principale injunctum? 22. Quid si ille tantum, cui utriusque juramenti praefatio incumbit? 23. Oblatio ad jurandum in quo confusat? 24. Conscientie exoneratio quando locum habeat? 25. Juramentum quando pro deserto declarandum? 26. Quando juramentum recusari possit? 27. Juramenti praefatio quomodo expedienda? 28. Quid si Partes circa formulam juramenti dissentiant? 29. Quid si circa illam conveniant? 30. Protestatio contra praefationem juramenti quid operetur? 31. Remissio juramenti quem effictum habeat?

Ultima probationis species est, quae fit per juramenta.
Est autem juramentum actus, quo quis illud, quod ut religiosum colit, in maiorem negotii fidem, ut testem & vindicem provocat.

Esque
I. vel Assertorium, vel Confirmatorium, vel Mixtum.
II. vel Publicum, vel Privatum.

Publicum rursus

vel Vere Publicum, vel Quasi publicum.

Ad vere publicum spectat juramentum

- | | |
|---------------------|----------------------|
| a) Imperatoris, | f) Vasallagium, |
| b) Regis Romanorum, | g) Confraternitatis, |
| c) Electorum, | h) Protectionis, |
| d) Auctregarum, | i) Confederationis, |
| e) Homagium, | k) Clientelare. |

Ad quasi publicum refertur Juramentum

- | | |
|---------------|----------------|
| a) Tutorum, | c) Judicium, |
| b) Curatorum, | d) Assessorum. |

Privatum rursus est

vel

<i>Causale</i>	vel Officiale,	vel Causale.
<i>Judiciale</i> rursus	vel Extrajudiciale;	vel Judiciale.
	vel Voluntarium,	vel Necesſarium.
<i>Voluntarium</i> est, quod Pars parti defert in judicio, super vel Actione, vel Exceptione, vel Replica, vel Duplica, vel Puncto incidente.		
<i>Necesſarium</i> est, quod Judex imponit propter legem, Etiamſt altera pars illud nec deferat nec urgeat.		
<i>Adeo</i> ut hæ juramentorum species quadrupliciter inter ſe diſſerant, nimurum quod		
a) Necesſarium admittat probationem contrarii, ante & poſt ſui praestationem.		
Voluntarium contrarii probationem penitus excludat. <i>l. 31. ff. de jurejur.</i>		
b) In Necesſario deferens immunitis ſit à Juramento calumniaꝝ, In voluntario deferens prius de calumnia jurare teneatur. <i>l. 34. §. 4. eod.</i>		
c) Necesſarium excludat facultatem referendi <i>l. n. §. fin. ff. rer. amot.</i> Voluntarium libertatem acceptandi vel referendi contineat. <i>l. 25. §. 3. ff. de probat.</i>		
d) Necesſarium habeat formulam conſtantem & perpetuam, Voluntarii formula variet pro varietate negotiorum, ſuper qui- bus jurandum.		
<i>Ad necesſarium</i> referuntur potiſſimum juramenta ſequentiaꝝ		
a) Suppletorium,	h) Taxationis,	
b) Diffeffionis,	i) Minorationis,	
c) Perhorrefcentiaꝝ,	k) In Litem veritatis, affectionis,	
d) Calumniaꝝ,	l) Expensarum,	
e) Dandorum,	m) Purgatorium civile, criminale,	
f) Respondendorum,	n) Teftium,	
g) Malitiaꝝ generale, ſpeciale, o) Zenonianum.		

III. vel

- III. vel Materiale,
 IV. vel Principale,
 V. vel Veritatis,
 VI. vel Solenne,
sicuti vero hoc loco potissimum consideratur judiciale voluntarium.
- vel Formale,
 vel Minus principale.
 vel Credulitatis.
 vel Minus solenne.

Quamvis ex necessariis quoque notatu digna sint

- a) Suppletorium,
 b) Purgatorium,
 c) Diffensionis,
- d) Calumniae,
 e) in Litem,
 f) Malitiæ speciale.

Generaliter hoc modo tractanda, ut in uno quovis notetur

- 1) Quid sit hoc vel illud Juramentum,
- 2) In quibus casibus locum habeat,
- 3) Quando cesset,
- 4) Quænam ejus sit formula.

Ita circa judiciale voluntarium in praxi consideranda

Ejus

- a) Delatio,
 b) Relatio,
 c) Acceptatio,
 d) Oblatio,
 e) Conscientia exoneratio,
- f) Desertio,
 g) Recusatio,
 h) Praestatio,
 i) Protestatio,
 k) Remissio.

I. Delatio

Deferre potest omnis, qui habet liberam transfigendi facultatem, etiamsi infamis sit, vel reus perjurii, vel alius delicti. *add. Ord. Pol. Ren. cap. 29. §. 1.*

Illi, qui nec natura, nec lege prohibetur,

De quovis facto controverso, licet turpe sit, & ex delicto oriatur, modo civiliter non criminaliter agatur.

Ita tamen ut super fundamento actionis illud deferatur,

vel in ipso statim Libello,

vel ad minimum ante L. C. M. P. O. c. 29. §. 1.

Super factis propriis, tangendo adversarii conscientiam, *Gewissen*

Super alienis, tangendo scientiam & conscientiam, *Wissenschaft*

und *Wohlberwust*.

Modo foemina iurandum deferens curatorem habeat. *Ord.*

Pol. Ren. cap. 29. §. 3.

M

H. Rela-

II. Relatio est facultas delatum juramentum in deferentem retorquendi;

Hec uti locum non invenit, ubi
vel juramentum delatum super factō proprio,
vel super factō communi, cuius meliorem notitiam adversarius habet,

vel deferens sit talis persona, quæ jurare nequit.

Ia in reliquis casib⁹ liberum est ei, qui defertur, an velit

vel Acceptare,

vel Referre,

vel Conscientiam exonerare,

Modo Relaturus intra Octiduum a tempore Judicati unum ex his faciat. *O.P.R. cap. 29. §.5.*

III. Acceperatio est Actus, quo is cui juramentum delatum, justo tempore ad ejus præstationem fese offert, partemque adversam citari petit.

Hanc citationem sequitur Terminus ad jurandum præfixus,

In quo comparet

vel Neuter, vel Unus, vel Uterque,

a) *Si Neuter*, tunc Terminus habetur pro Circumducto,

Hinc ille, cui maturatio prodest, novum suis sumptibus extrahere cogitur.

Si unus, tunc comparet, cui in eumbit

vel Juramentum Calumniae,

vel Juramentum Principale,

vel Utrumque Juramentum,

vel Qui ad videndum jurari saltim ciatutus.

b) *Si ille* comparet, cui in eumbit Juramentum Calumniae,

Tunc adversarii emanentis contumaciā accusat,

Petendo, ut Terminus ad Publicationem Decreti præfigatur,

Quo Juramentum Principale pro deserto declaretur,

Uti autem ob contumaciā non statim definitive pronunciatur,

Nisi tria sit & quasi concatenata;

Ia Judex novum Terminum ad jurandum præfigit,

Annexa Eventuali Comminatione publicandi Decreti,

Anterim potest & solet judex præstationem Juramenti calumniae admitte-

DE PROBATIONE PER JURAMENTA.

91

mittere, praesertim in casu ubi juraturus hospes est & peregrinus, non obstante adversarii protestatione,

c) *Ubi ille comparet, cui Jusjurandum Principale incumbit,*

In Scriptis Adversarii Emanentis contumaciam accusat,

Petendo, ut Terminus ad publicationem Decreti praefigatur,

Quo juramentum Principale pro praestito declaretur,

d) *Nisi forte malit, adversario juramentum calumniae remittere.*

e) *Sin ille cui utrumque juramentum incumbit, comparet,*

Tunc utrumque juramentum corporaliter praefstat,

Licet pars adversa protestetur, aut fileat, aut emaneat,

Cum hujus Citatio fuerit saltem Monitoria,

f) *Sin ille, qui tantum citatus ad videndum jurare, comparet,*

Presens absensis contumaciam accusat,

Petendo, ut Terminus ad Publicationem decreti praefigatur,

Ac utrumque Juramentum pro deserto declaretur.

IV. *Oblatio.* Hæc aliquando cum Acceptatione coincidit,

Aliquando ab Acceptatione distinguitur,

Si nimis utraque fiat diversis vicibus,

Atque tunc Oblatio proprie in eo consistit,

Ut petatur terminus ad jurandum, & citatio Adversarii.

V. *Conscientia Exoneraria,*

Hæc ut contra quodvis juramentum locum invenit,

In tantum, ut competat, licet sententia ejus mentionem non fecerit,

Nisi quod contra relatum juramentum non admittatur;

Ita hoc singulare in praxi habet,

Quod, qui in probando defecrit, juramentum tamen adhuc acceptare possit. Magd. Proc. Ord. cap. 29. §. 9.

Licet hanc facultatem sibi expresse non reservaverit,

Modo fatalia probationis non neglexerit.

Quamvis consultius agat is, qui in ipsa schedula declaratoria statim in hunc eventum juramentum acceptat, & juramentum Calumniae ab adversario desiderat.

VI. *Desertio* contingit, cum is, cui juramentum de-vel relatum nec comparet, nec causam absentie legitimam allegat.

Mihi vero poena desertionis admodum gravis est,

M 2

Cum



Cum post se trahat totius causæ amissionem;

Ite ad illam non est deveniendum,

Nisi in casibus, quos lex ipsa determinat.

VII. *Recusatio.*

Licet regulariter juramentum recusari nequeat,

Imprimis si pars adversa ejus prestationem urgeat,

Etsi inde metuatur actus frustraneus,

Attamen exceptio est, si

vel Superior illud prohibeat,

vel Deferens de calunnia jurare nolit,

vel Causa talis sit, quam revelare non licet.

VIII. *Prestatio.* Hæc antequam actualiter fiat,

Formula juramenti prius concipienda & prælegenda;

vel Judge, *vel Secretario.*

Circa hanc vero, uti partes litigantes

vel Conveniunt, *vel Dissentient.*

Ita si dissentient, *præstatio* interim manet in suspenso,

Et loco ejus desuper instituitur causæ *Cognitio,*

Quam tandem sequitur sententia *Publicatio;*

Sin vero conveniunt, *juratus* fe denuo ad jurandum offerit,

Petendo, ut de calunnia *juratus* severè admoneatur,

Et juramentum *Calumniae* ante omnia *præsteritur.*

Quo factò, tandem ipsa *præstatio* sequitur.

Adhibitis solennitatibus in illo *judicio* consuetis.

Et huic *præstationi* succedit

vel Decretum, *vel Registratura.*

IX. *Protestatio.*

Accidit aliquando, ut *Adversarius* contra *præstationem* protestetur,

Seque ad contrarii probationem admitti petat,

Prefertim, si metum perjurii alleget, & aliquarenus demonstraret,

Quo casu ejusmodi *protestatio* contra necessarium *juramentum* quidem admittitur,

Aff contra voluntarium *juramentum* non attenditur,

Cum *juratus* ex *judicato* & *acceptatione* habeat *ius* *quesitum.*

X. *Remissio.*

illud

Illud quoque non raro evenire solet,
ut interposita judicis severa admonitione remittatur
vel Juramentum Calumniæ, vel Juramentum principale.
Quo casu juramentum remissum in Effectu habetur pro præfito.

NOTABILIA.

- 1 Quod in probatione pro exoneranda conscientia non admittantur interrogatoria merita cause concernentia.
- 2 Quod contra hanc probationem nec admittatur reprobatio.
- 3 Quod sicuti non datur relationis relatio, ita nec conscientiae exoneratio contra juramentum relatum,
- 4 Quod Actor super omnibus & singulis libelli circumstantiis Juramentum deferre possit, licet ne unicam ex illis ordinario modo probare possit.
- 5 Quod nec uxor absque Curatore, nec Curator solus absque uxore juramentum deferre possit.
- 6 Quod juramentum negatorium in causis matrimonialibus deferre non licet.
- 7 Quod pendente leuteratione vel appellariōe fatale oblationis non currat.
- 8 Quod fatale oblationis in causis criminalibus & matrimonialibus in totum cesset. *Ord. Pol. Magd. cap. 29. §. 7.*
- 9 Quod contra sententiam super juramento præfito latam nec licet appellare, nec leuterare.
- 10 Quod in Civilibus rarissime obtineat juramentum perhorrescentiae, quoniam reus causas suspicionis & allegare & probare cogitur.
- 11 Quod expensæ victoriae per juramentum hodie liquidari nequeant, nisi forte acta fuerint amissa.
- 12 Quod juramentum expensarum, ubi locum illud invenit, præcedere debeat sententia judicis moderatoria.
- 13 Quod illud juramentum nomine universitatis a Syndico præstari possit.
- 14 Quod si juramentum Calumniæ universitati injunctum sit, a seniorius universitatis præstari debeat.
- 15 Quod parentes si liberis juramentum principale detulerint, a præ-

præstatione juramenti calumniæ non sint immunes. *l. 34. §. 4. ff. de jurejur.*

- 16 Quod in casu, ubi causa defuncti conscientiæ commissa etiam heredes ejus indistincte ad Juramentum Credulitatis admittantur, modo sententia super juramento lata fuerit, ipso adhuc vivo, fatale nondum clapsum sit, & defunctus citra causam præstationem juramenti non recusaverit. *Ord. Pol. Ren. cap. 29. §. ult.*
- 17 Quod ubi defuncti scientiæ & conscientiæ causa commissa fuerit, heredes ejus indistincte ad juramentum credulitatis admittantur,
- 18 Quod pro declinando juramento diffensionis nullæ admittantur Probationes, ne processus summarius in ordinarium mutetur, & processus processum gignat.
- 19 Quod contra juramentum malitiæ nec admittatur relatio, nec conscientiæ exoneratio, nisi quis illud per legale inventarium, aut juratam specificationem in continentि declinare possit.
- 20 Quod ratione juramenti in litem inter actiones bonæ fidei & stricti juris nulla amplius supersit differentia.
- 21 Quod licet Reus ad Actore Mercatore exigat juramentum suppletorium, propterea tamen de calumnia jurare non teneatur.
- 22 Quod juramentum minorationis apud nos in usu esse desierit.
- 23 Quod testibus in arte peritis sine juramento non credatur, nisi sint jurati.
- 24 Quod juramentum a moribundo acceptatum in effectu pro praetito habeatur.

AXIOMATA.

- 1 Impedimentum relationis non gignit impedimentum delationis.
- 2 Juramentum æquipollit transactioni.
- 3 Quoties requiritur solennis probatio, toties cessat juramenti delatio.
- 4 Juramentum sequitur naturam actus ejus, cui adjicetur.
- 5 Quoties utrinque juratum, toties expensæ litis in vicem compensantur.

6 Qui-

- 6 Quilibet præsumitur memor salutis aeternæ.
 7 Quæ jurata non relevant; ad jurandum non admittuntur.
 8 Juramentum ex minorenne facit majorenne. *Auth. sacramenta publica C. si adv. Vend.*
 9 Juramentum Calumniae generale non liberat a refusione experiarum.

CAPVT XXV.

De

ATTESTATORVM PVBLICA- TIONE ET DISPVTA- TIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Publicationem attestatorum quomodo quis impedit posse? 3. Cujus sumtibus factenda attestatorum publicatio? 4. Disputationes super attestatis quid sint? 5. Ubi admittuntur? 6. Quomodo conscribuntur? 7. An iis renunciare licet?

Cum testes examinentur & dimittantur sub fide silentii,
 In tantum ut dicta testimonia nec producenti nec producto monstrari debeant.

Hinc opus est solenni attestatorum publicatione,
 Previa utriusque partis citatione ad certum terminum.

Quam si impedit velit productus, opus est tempestiva protestatione,

Alioquin semel facta publicatione regulariter reprobatio denegatur.

Imprimis si causa restitutionis in integrum deficiat,

Quamadmodum vero publicatio facienda est utriusque sumtibus,
 Nisi alteruter litigantium juribus pauperum fruatur.

Ad instantiam praesentis; si alter contumaciter absit,

Redactis testimoniis dictis in formam solennis rotuli.

Ita tandem post publicatas probationes sequuntur disputationes.

SNT

Sunt autem disputationes scripta mutua, in quibus non solum Probationem legitimo factam esse modo deducitur, & partis adversae objectionibus respondeatur, sed etiam submitendo sententiæ tandem ulterioribus deductionibus renunciatur.

Uti vero hæ disputationes tantum eo casu admittuntur,

Si probatio facta fuerit per

vel Testes, vel Documenta.

In tantum, ut alicubi, reus excipiendo initium facere debeat,

Refutando actoris intentionem summo jure fundatam,

Apud nos autem primum scriptum competat actori,

ta in conscribendis illis potissimum exprimendæ,

a) Facti species.

b) Status controversiae formatio,

c) Rationum decidendi deductio,

d) Contrariorum refutatio.

Observato semper hoc ordine, ut bina scripta alterna unicuique permittantur.

Ne disputationes protrahantur in infinitum,

Ut tamen hisce scriptis renunciare, & sententiæ submittere licet.

Salva interim deductione unilaterali pro informando Judice, licet producens pro abbrevianda lite suis positionibus renunciaverit.

Quamvis consultius sit non aliter quam sub hac expressa reservatione scriptis disputatoriis renunciare.

NOTABILIA.

1 Quod scripta disputatoria non saltē in Processu Civili ordinario, sed etiam in summario, nec non in Processu Criminali Accusatorio locum inveniant.

2 Quod contra publicata Attestata, si Reus per modum Restitutioonis in integrum ad Reprobationem adhuc admittatur, illud aliter non fiat, quam si mediante juramento obtinuerit, se nec Attestata vidisse, nec quid in illis contineatur, expersum esse.

3 Quod Advocati ab inutilibus Jurium & Doctorum allegationibus in conficiendis his scriptis sub mulcta arbitraria abstinerre debeat.

4 Quod

- 4 Quod in casu, ubi Probatio tantum per Documenta instituta fuit, Terminus a quo Primi Scripti incipiat a die insinuatæ Citationis super edendis scriptis disputatoriis.
- 5 Quod ubi vel tantum per testes, vel per testes & documenta probatio facta, Terminus a quo incipiat a die, ubi sententia interlocutoria transit in rem judicatam.
- 6 Quod partes etiam oretenus super attestatis disputare possint, si velint; Judex tamen illas cogere nequeat, ut oretenus disputerent.
- 7 Quod in ultimo scripto nihil novi proferendum sit, sub poena remotionis ab actis, vel alia arbitraria.
- 8 Quod Terminus Legalis Scriptis disputatoriis præfixus conventione partium alterari possit.
- 9 Quod Judex ad redimendas copias attestatorum certum Terminum statuerit, Actor vero eum anticipaverit, Terminus a quo primi scripti tamen non curat a momento acceptarum copiarum, sed a die per judicem præfixo.
- 10 Quod ad scriptum unum vel alterum conficiendum Judex ultra tertiam dilationem concedere nequeat.
- 11 Quod in casu ubi nuda demonstratio fuit injuncta, scripta disputatoria cessent, & in locum eorum succedat deductio pro informando Judice.

AXIOMATA.

- 1 Quæ solum ad naturalia Processus pertinent, mutua partium conventione mutari possunt.
- 2 Ubi queritur de veritate vel falsitate negotii, ibi & Leges & Doctorum autoritates nihil operantur.
- 3 Curia Jura scire præsumitur.

N

CAP.

CAPVT XXVI.

De

CONCLUSIONE, INROTULATIONE, ET TRANSMISSIONE.

SVMMARIA.

1. Connexio.
2. Conclusio in causa quid & quo nplex?
3. Quare in omni causa necessaria?
4. Inrotulatio quid?
5. Cujus sumtibus facienda?
6. Quid obtemperat in instantia Leutorationis.
7. Transmissio Alterum quid?
8. Quomodo expedienda?
9. An & alia acta simul transmitti possunt.

Conclusio in causa est actus, quo Partes litigantes ulterioribus scriptis renunciant & Judicis sententiae submittunt.

Et que

- a) vel Expressa,
- vel Tacita.
- b) vel Pura,
- vel Conditionalis.
- c) vel Generalis,
- vel Specialis.

Quemadmodum vero in omnibus causis necessario requiritur,
Sive sint Principales, sive Emergentes,

In tantum, ut etiam in causis sumnariis omitti nequeat,

Ista sententia ferri nequit, nisi in causa sit legitime conclusum.

Ne Partes conquerantur, se per festinationem latae esse,

Pravio Mandato speciali, si Procuratores concludere velint,

Quanquam si pars altera concludere nolit, in contumaciam causa pro conclusa habeatur.

Inrotulatio est actus, quo Acta hactenus inter litigantes agitata, praesertim partibus, vel in contumaciam unius inrotulantur, & ad Coilegium non exceptum transmittuntur.

Etsi vero haec regulariter fieri soleat sumtibus petentis,

Imprimis si adversarius Decreto Judicis submiserit,

Acta-

DE CONCLUSIONE INROTUL. ET TRANSM. 99

Attamen in Instantia Leuterationis utriusque sumtibus expedienda,

Nisi

vel Adversarius fruatur Juribus pauperum,
vel Unus percipiat fructus ex Bonis Questionis,
vel Lis sit cum Fisco.

Transmissio est actus, quo Acta presentibus partibus inrotulata remotis partibus ad certum Collegium Juridicum transmittuntur.

Hec uti a Directore Judicij demandanda,

A Secretario vero sub fide silentii expedienda,

Ne Partes experiantur, quorundam Acta transmissa,

Ita si forte alia Acta adsint, ad quae Partes in Scriptis provocarunt.

Hec illis, in quibus Conclusio continetur, conjungenda,

Imprimis, si unus ex litigantibus hoc desideraverit.

NOTABILIA.

- 1 Quod Judex partibus non concilientibus causam non solum pro conclusa declarare, sed etiam semel conclusam rursus rescindere possit; non tamen, ut loquuntur, ex officio.
- 2 Quod in causis Criminalibus plane non detur causæ conclusio.
- 3 Quod alicubi post conclusionem in causa, in ipso Termino Inrotulationis Responsa ICtorum ad Acta dare adhuc permisum sit, modo nihil novi ratione facti in se contineant.
- 4 Quod ante Transmissionem contra tria Collegia pro lubitu protestari liceat.
- 5 Quod Causam hujus protestationis exprimere nec utile, nec necessarium sit.
- 6 Quod in casu, ubi causa juxta statuta vel consuetudinem aliquius loci decidenda, confultum sit, ut extractum aliquod ex statutis, vel Attestatum Judiciale de consuetudine introducta, ad Collegium ICtorum simul transmittatur.
- 7 Quod Judex literis requisitorialibus vulgo (Urtheils-Frage) clausulam istam salutarem etiam partibus non monentibus inserere possit, ut si unus vel alter ex Litigantibus Responsum Iuridicum in hac ipsa causa petierit, Acta absque sententia, sumtibus Tacentis, rursus remittantur.

N 2

AXIO-



AXIOMATA.

- 1 Conclusio os quidem claudit partibus, sed non judici,
- 2 De quibus Partes non disputarunt, de illis quoque nec submisserunt.
- 3 Interest Reipubl. ne disputationes litigantium in infinitum extendantur.
- 4 In Criminalibus nulla dantur Fatalia.

CAPVT XXVIII.

De

SENTENTIAE PUBLICATIONE.

SVMMARIA.

- 1 Connexio. 2 Publicationem sententie qua antecedans? 3. Quomodo facienda? 4. Sententia quid? 5. Quotuplex? 6. Requisita sententie quotuplicia? 7. Quenam sint requisita essentialia? 8. Quenam requisita accidentalia? 9. Effectus sententie quotuplex? 10. Res judicata in quibus casibus rescindi possit? 11. Cognata sententia quenam?

REmissis actis citatio ad terminum publicationis litigantibus insinuatur,
Annexa liquidatione expensarum ante publicationem solvendarum,

Quo facto partibus comparentibus,

Ata clausa monstrantur,

Quo facultatis juridicæ sigillum recognoscant,

Quamvis si ante partium præsentiam aperiuntur, sententiae nihil noceat.

Liti vero tandem sequitur ipsa sententiae publicatio,

Parti, vel uni, vel utriusque facienda,

Ita sententia est legitima cause controversa; prævia sufficiente eavæ cognitione a judice competente facta decisio.

Hac si intra 10. Dies per remedia juris non impugnetur,

Tunc



DE SENTENTIÆ PUBLICATIONE.

101

Tunc speciali nomine vocatur judicatum.

Eisque

a) vel interlocutoria, vel Definitiva, vel Vim definitivæ habens.

Interlocutoria est quæ fertur super puncto incidente, v. g.

Satisfactione,

Ineptitudine libelli,

Probatione.

Definitiva est, quæ fertur super puncto principali, v. g.

Solutione,

Compensatione,

Demolitione,

Vim definitivæ habens, quæ licet sui natura sit interlocutoria,

in se tamen definiendi vim virtualiter continet. v. g.

Super

Suppletorio.

Purgatorio,

In item,

b) vel Prime,

vel Secundæ instantiæ,

c) vel Pura,

vel Conditionalis,

d) vel Civilis,

vel Criminalis,

e) vel Principalis,

vel Provisionalis,

f) vel Conventionalis,

vel Reconvivialis,

g) vel Confirmata,

vel Reformata,

h) vel Condemnatoria,

vel Absolutoria,

i) vel Condemnatoria, vel Declaratoria,

Requisita sententia cuiuslibet sunt

qui Essentialia, vel Accidentalia,

Essentialia sunt, quæ absque virtu nullitatis abesse nequeunt.

Accidentalia, quæ quidem ut plurimum adfunt, absque metu tam-

en nullitatis abesse possunt,

Ad essentialia pertinet, ut sententia pronuncietur

a) A Judice competente, l. i. §. 2. ff. quod quisque Jur. in a-
lium &c.

b) Citatibus omnibus, quorum interest,

c) Citatione legitime insinuata,

d) Prævia sufficiente causæ cognitione,

N 3

e) Acce-

- e) Accedente utriusque partis conclusione,
- f) Competente loco & tempore,
- g) Juxta acta & probata,
- h) Secundum jus in thesi,
- i) Idiomate vernaculo,
- k) Adjecto die & Consule,
- l) Expressis nominibus litigantium,
- m) Expresso momento publicationis,
- n) Subscriptio judicis nomine.

Ad accidentalia spectat, ut sententia feratur

- a) In scriptis,
- b) Ex breviculo,
- c) A Judice sedente,
- d) Annexis rationibus dubitandi & decidendi,
- e) Data copia partibus,
- f) Adiecta expensarum refusione,
- g) Die non feriato,
- h) Sigillo apposito,

Quemadmodum vero effectus sententiae est,

vel Primus, quod ex albo faciat nigrum & transactioni æquparetur.

vel Secundus, quod pariat actionem & exceptionem.

vel Tertius, quod post se trahat executionem.

Ita res judicata non facile rescinditur, *l. 3. ff. de Off. P. P.*

Etsi error communis isti causam præbuerit,

Nisi

- a) Sententia lata sit contra jus in thesi,
- b) Repugnet utilitati publicæ,
- c) Impugnetur ex instrumentis noviter repertis,
- d) Sit anteriori sententiæ contraria,
- e) Sit obscura, generalis & indeterminata,
- f) Persona gravata gaudeat in integrum restitutione,
- g) Sit ex falso testimonis lata, *l. 3. ff. de re Jud.*
- h) Supersint exceptiones privilegiatae,
- i) Impingat contra solitum judiciorum ordinem. *l. 4. Cod. de sentent.*

Cognit.

Cognata sententia vero sunt

- a) Decretum,
- b) Registratura,
- c) Transactio,
- d) Iusjurandum voluntarium,
- e) Laudum,
- f) Rescriptum,

NOTABILIA:

- 1 Quod contra sententiam mere interlocutoriam, nec licet leu-
terare nec appellare, nisi in schedula Leuterationis vel Ap-
pellationis damnum irreparabile doceatur.
- 2 Quod contra sententiam provisionalem nec detur Leuteratio
nec appellatio, nisi excessiva quantitas alimentorum determi-
nata sit.
- 3 Quod judex dicere debeat iuxta acta & probata, non iuxta pro-
priam scientiam vel conscientiam.
- 4 Quod post L. C. semper sint adjudicandi fructus.
- 5 Quod sententia conditionalis prius vires judicati non accipi-
at, quam ille, cui conditio injuncta, per adimplectionem
conditionis sententiam purificaverit.
- 6 Quod sententia super possessorio summarissimo lata, sit mere
interlocutoria.
- 7 Quod si ab integro collegio concipiatur sententia, pluralitas
votorum merito sit attendenda.
- 8 Quod si vota sunt paria, stetur isti sententiae, cui director ju-
dicii assentit.
- 9 Quod si in Appellationis instantia paria sint vota, prævaleant
illa, quae stant pro prioris sententiae confirmatione.
- 10 Quod hodie nemo ipso jure suo jure privetur, sed semper præ-
cedat sententia, si non contemnatoria, tamen declaratoria.
- 11 Quod judex sententiae suæ rationes dubitandi & decidendi an-
nectere debeat, si partes eas urgeant.
- 12 Quod spoliator in restitutionem fructuum condemnandus sit,
etiam si non petiti fuerint.
- 13 Quod sententia provisionalis cesseret, si lis in aliud statum perve-
nit.

nit, vel per mortem, vel per transactionem, vel per causæ principalis decisionem.

AXIOMATA.

- 1 Sententia debet esse conformis libello.
- 2 Qualis causa, talis sententia
- 3 Judex nec potest esse durior, nec mitior lege.
- 4 Judex non debet progredi ultra petita partium.
- 5 De quibus partes non disputarunt, de illis nec sententiae submiserunt.
- 6 Sententia contra stylum Curiæ lata, est ipso jure nulla.
- 7 Sententia est strictissima interpretationis.
- 8 Cujus judex in sententia non meminit, illud eo ipso tacite recedit.
- 9 In dubio sententia intelligenda legaliter.
- 10 Sententia contra sententiam non transit in rem judicatam.
- 11 Res inter alios judicata, tertio non præjudicat, licet tenorem sententiae didicerit. *l. 63. ff. de Re Jud.*
- 12 Sententia fœmel lata & publicata a Judice corrigi nequit, licet sit mere interlocutoria. *l. 55. ff. de Re Jud.*
- 13 Quoties Reus adversario concedit fundamentum actionis, sed opponit exceptions peremptorias altioris indaginis, toties ob inopiam actoris sententia provisionalis interim fertur.

CAPVT XXVIII.

De

REMEDIIS CONTRA SENTENTIAM SUSPENSIVIS.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Remedia contra sententiam quotuplicia? 3. Suspensiva quanam? 4. Devolutiva quenam? 5. Anomala quenam? 6. Ad suspensiva quid pertinet? 7. Ad devolutiva quid? 8. Ad anomala quid? 9. Declaratio quid? 10. Quæ ejus requisita? 11. Protestarioris qualis effectus? 12. Quid si judex ejus declamationem concedat? 13. Quid si rejicit?

DE REMEDIIS CONTRA SENT. SUSPENSIV.

105

ciat? 14. Quid si secum deliberet? 15. Leuteratio quid? 16. Ex quibus partibus constat? 17. Quenam Leuterationis formalia? 18. Quenam materialia? 19. Quid si iudex eam recipiat? 20. Quid si eam reje cit? 21. Quid si secum deliberet? 22. OberLeuteratio quid? 23. Quan do locum habeat? 24. Rejectionis Leuteratio quid? 25. Quando ne cessaria? 27. Quæ cautela circa illam? 27. Quis ejus effectus?

Accidit autem saepe, ut per sententiam gravetur pars vel Una, vel Utraque.

Hinc opus est remediis contra sententiam competentibus, Ne his omisiss accepit vires rei judicatae.

Sunt vero remedia ista

vel Suspensiva, vel Devolutiva, vel Anomala.

Suspensiva dicuntur, quæ sententiam quidem a viribus rei judicatae suspendunt, causam tamen coram eodem judge relinquunt.

Devolutiva dicuntur, quæ non saltem sententiam a viribus rei judicatae suspendunt, sed etiam causam ad alium judicem devolvunt,

Anomala, quæ aliquando causam eidem judici relinquunt, aliquando ad alium judicem transferunt.

Ad suspensiva pertinet

- a) Declaratio,
- b) Leuteratio,
- c) Oberleuteratio,
- d) Rejectionis Leuteratio.

Ad devolutiva pertinet

- e) Appellatio, Relatio.

Ad anomala pertinet

- f) In integrum Restitutio,
- g) Actorum revisio,
- h) Supplicatio,
- i) Querela nullitatis.

Quæ remedia introducta sunt

- partim ex Jure Civili,
- partim ex Jure Canonico,
- partim ex Jure Saxonico.

I. **Declaratio** est remedium juris suspensivum, quo quis sententiam obscuram vel ambiguam clarius exprimi, ac hoc vel illo mo

O

obscu-

do explicari, explicationemque ad partem adversam transmitti perit.

Requisita ejus sunt, ut

- a) ad sit sententia dubia,
- b) Declaratio petetur intra decendum,
- c) Per modum nudi memorialis,
- d) Adductis rationibus, in jure & facto fundatis:

Quemadmodum vero pura protestatio de non labendo fatali effectum suspensivum non habet;

Ia iudex cause petitam declarationem

vel Concedit, vel Rejicit, vel Secum deliberat.

Si concedit, implorans acquiescit,

Liberum tamen est parti adverse, velut in

vel in declaratione acquiescere,

vel eam remedii juris impugnare.

Si rejicit, per rejectionem demum implorans gravatur,

In tantum, ut intra decendum a die rejectionis teneatur appellare,

vel leuterare.

Si deliberat, terminus audiencie desuper præfigitur,

Prævia citatione confusa ad utramque partem.

Quia accepta, imploratus declarationi opponit exceptionem

vel intempestive interpositæ declarationis,

vel deficientis obscuritatis,

vel frivole petitæ declarationis.

Formando petitum pro diversitate exceptionis,

Semper tamen eo, ut implorans in expensas retardati processus condemnetur.

In ipso termino vero petitæ declaratio

vel Decernitur, & res est clara,

vel Rejicitur, & deveniendum ad alia remedia.

II. Leuterario est beneficium juris Saxonici suspensivum, quo quis per Judicis sententiam gravatus intra decendum gravamina sua in scriptis deducit, petendo, ut acta ad exterios transmittantur, & sententia hoc vel illo modo reformatur.

Constat hæc suis

Formalibus,

Materialibus.

Ad

DE REMEDIIS CONTRA SENT. SUSPEN.

107

Ad formalia pertinet

- a) Interpositio,
- b) Profecutio,
- c) Justificatio,
- d) Certæ summae depositio in casum succumbentis,
- e) Leuterationis intra 14. dies insinuatio.
- f) In ducatu Magdeburgico specifica petiti annexio. *Ord.*

Pol. Magd. cap. 42. §. 1.

Ex his si unicum saltem deficit, & pars aduersa urgeat,

Tunc leuteratio habetur pro deferta,

Et leuterans in expensas retartati processus condemnatur.

Materialia sunt gravamina ex Jure & facto deducenda,

Quæ si ob inopiam temporis in continentis deduci nequeant,

Leuteranti remedium L. 4. Cod. de tempor. appellari competit,

Ab appellatione ad Leuterationem ob indentitatem rationis exten-
suum. Ord. Pol. Ren. cap. 42. §. 4.

Iti vero Leuterationem interpositam Judex cause

vel Recipit, vel Rejicit, vel Secum deliberat.

Ita pro diversitate casuum diversus oritur procedendi modus.

Si recipit, tunc solet super Leuteratione interposita præfigi

vel Terminus audientiæ, (Ein Verhörl)

vel Disputatio ad calamum, (Ein mündliches Verfahren)

vel Disputatio in scriptis. (Ein produktiv Verfahren)

Si rejicit, leuteranti schedulam rejectionis mittit,

In qua si leuterans acquiescere nolit, poterit denuo

vel leuterare,

vel appellare,

vel transmissionem auctorum suis sumtibus petere.

Imprimis, si schedulæ rejectionis rationes decidendi non inferuit.

Ord. Pol. Ren. cap. 42. §. 2.

Si deliberat, super admissibilitate terminum audientiæ statuit,

Ac utramque partem ad illum legitime citat.

Quo facto Leuteratus impugnat

Ipsam Leuterationem, per exceptionem in admissibili-

tate, quæ oritur,

Aut ex qualitate cause,

O 2

vel



Aut ex quantitate summae.
 vel { Formalia ejus, per exceptionem desertionis,
 Materialia ipsius, per exceptionem frivolitatis.

Hinc Judex pro diversitate Casuum, sententiam leuteratam
 vel confirmat, cum vel sine expensis recordati processus
 vel reformat, in totum vel pro parte
 Nonnunquam etiam super puncto incidente interloquendo pro-
 nunciat.

III. *Oberleutentio* est beneficium juris suspensivum, quo quis con-
 tra sententiam in instantia Leuterationis confirmatam denuo
 leuterat.

Hac uti in judiciis inferioribus plane est prohibita, *Ord. Pol. Ren.*
cap. 42. §. 2.

In judiciis vero superioribus non aliter permitta, quam si
 a) Summa litigiosa sit appellabilis,
 b) Appellationi ad Potentissimum expresse renuncietur.

Ita ratione formalium & materialium cum Leuteratione coincidit.

IV. *Rejectionis Leuteratio* est beneficium juris suspensivum, quo
 quis contra schedulam rejectoriam, novum gravamen infe-
 rentem denuo leuterat.

Illa sicuti imprimis tunc necessaria & permitta,

Ubi Index rationes rejiciendi schedulae non inferuerit,

Ita nil nisi priorum gravaminum ulteriore deductionem continet,

Annexa ut plurimum eventuali appellatione,

Quo sumtibus & temporis eo ipso parcatur,

Et Judex eo magis ad deferendum Leuterationi commoveatur.

NOTABILIA.

- 1 *Quod in Casu*, ubi sententia a Jētis lata, declaratione interposita, ad idem Collegium acta transmitti debeant, licet sententiae rationes decidendi annexae fuerint.
- 2 *Quod contra sententiam*, super petita declaratione licita sit appellatio, licet sententia declarata vires rei judicatae dudum acceperit.
- 3 *Quod non obstante renunciatione omnium juris beneficiorum*, in Instrumento obigationis expressa, reo tamen concedenda sit leuteratio, si gravamina relevantia adducere possit.

4 *Quod*

- 4 Quod in leuteratione formalia præsumantur, in appellatione vero juxta ordinem demonstrentur,
- 5 Quod Judex superior, si causa per viam appellationis ad ipsum devenerit, super interposita quidem appellatione, sed non simul super leuteratione, quam altera pars interposuit, pronunciare possit.
- 6 Quod licet interposita fuerit leuteratio; sententia tamen a parte leuterantis adhuc in deterius mutari posse.
- 7 Quod frivola leuteratio mereatur condemnationem in expensas retardati processus.
- 8 Quod in instantia Leuterationis novæ probationes non admittantur.
- 9 Quod prosecutio Leuterationis in nostris judiciis cesset.
- 10 Quod nuda protestatio non habeat vim Leuterationis, nec decreta viribus rei judicata suspendat.
- 11 Quod fatalia Leuterationis a judice, ignorantе, vel contradicente parte, prorogari nequeant.
- 12 Quod Leuteratione absque speciali mandato interposita, sententia nihilominus ab effectu judicati suspensa censeatur.
- 13 Quod etiam tertius ratione sui interesse interveniendo leuterare possit.
- 14 Quod negligenter procuratoris in non leuterando commissa nocet principaliter, si ille sit solvendo, & facile conveniendo.
- 15 Quod si petitum Leuterationis non sit specificè formatum, leuteratio pro inadmissibili habeatur.
- 16 Quod Leuteratus, si iustitiae cause fatus sit, possit utriusque positioni, sibi competenti renunciare, & ad acta statim pure submittere.
- 17 Quod is, qui juribus pauperum fruitur, si in instantia Leuterationis succubuerit, & beneficio leuterationis abusus fuerit, quia expensas retardati processus solvere nequit, ad poenam carceris condemnetur.

AXIOMATA.

- 1 In dubio pro validitate Leuterationis pronunciandum.
- 2 Contra tres conformes non admittitur Leuteratio.
- 3 A Leuteratione ad Appellationem in dubio valet consequentia.

O 3

4 Con-

- 4 Contumaci non datur beneficium.
 5 Quæcunque causa non est appellabilis, illa nec est leuterabilis.
 6 Factum procuratoris licet Clienti noceat, restitutionem in integrum tamen non excludit.
 7 Quoties de momento interpositæ leuterationis ex actis non constat, toties leuterans mediante juramento fatalia obtinere cogitur.
 8 Beneficium Leuterationis in tergo post se trahit beneficium transmissionis.
 9 Judex sententiæ Leuteratæ non facile presumitur opinionem muraturus.

CAPVT XXIX.

De

REMEDIIS CONTRA SENTENTIAM DEVOLUTIVIS.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Appellatio quid?
3. Quotuplex?
4. Quibus paribus constat?
5. Que appellationis formalia?
6. Interpositio quid?
7. Que ejus requisita?
8. Apostoli quid?
9. Quoruplices?
10. Quibus casibus coram Notario appellare liceat?
11. Introductio Appellationis quomodo instituenda?
12. Quid si superior judex appellationem accipiat?
13. Quid si eam rejicit?
14. Quid si secum deliberet?
15. Prosecutio quid?
16. Actorum transmissio prima instantie quomodo expedienda?
17. Judicialisatio quid?
18. Quotupliciter fieri soleat?
19. Quid si appellatus ipsam appellationem impugnet?
20. Quid si ejus formalia tantum?
21. Quid si ejus materialia tantum?
22. Quid si utrumque?
23. Qualis sententia super appellatione feratur?
24. Qua ratione beneficium commune dicatur appellatio?
25. An Appellationi rursus renunciare liceat?
26. An renunciatio appellantis prejudicet parti adversæ?
27. Effectus appellationis.
28. Contraria.

ad re-

DE REMEDIIS CONTRA SENTENT. DEVOL.

Ad remedia devolutiva preprimis pertinet appellatio.
Ergo autem appellatio beneficium juris devolutivum, quo
quis a sententia per judicem inferiorem lata, grava-
tus ad judicem immediate superiorum legitime provo-
cat, petendo, ut appellacioni deferatur, & Apostoli ipsi
expediantur.

Hæc uti est

La constat suis

Formalibus & Materialibus

Formalia sunt

- a) Interpositio,
 - b) Apostolorum peticio,
 - c) Introduc̄tio,
 - d) Prosecutio,
 - e) Iustificatio,
 - f) Actorum primae instantiae transmissio.

I. *Interpositio* est actus, quo quis intra decenditum gravamina sua coram judice gravante proponit, & ad judicem immediate superiori provocat.

Hec, quo nullo laboret defectu, requiritur ut fiat.

- a) Coram ipso Judice gravante,
 - b) Intra decendum a momento latæ sententiae;
 - c) In charta sigillata,
 - d) Adductis gravaminibus in jure & facto fundatis,
 - e) Petendo Apóstolos instantissime.

II. Apostolorum petitio.

Apostoli sunt litera testimoniales, per quas Judex inferior notificat judici superiori, appellantem legitimò modo & tempore appellasse, ac prestanta praestitisse l. i. pr. ff. de libell. Dimiss.

Sunique

Reverentiales, vel Refutatorii.

Averentiales rufus

4

vel Puri, vel Mixti.

Refutatorii rufus

vel Generales,

vel Speciales.
Hinc si Judex inferior
 vel copiam sui non faciat,
 vel apostolos deneget,
 vel super appellatione ipse cognoscere velit,
 vel loco apostolorum carcerem aut aliud quid minetur,
 vel sine periculo vita adiri nequeat.

Non saltem coram Notario & Testibus interponi potest appellatio,

In tantum, ut Instrumentum Notarii sit loco Apostolorum,
Sed etiam, consultum sit, ut appellans de adhibita diligentia pro-
 testetur,

Imo & sine Apostolis immediatae Appellationem introducat.

III. Introductio instituenda intra 14. dies continuos,

A tempore imperatorum Apostolorum computandos,

Annexa aliquando Apostolorum refutatione,

Imprimis si refutatorii speciales appellanti dati sint,

Faella hac introductione, Judex superior appellationem introductam,
 vel Recipit, vel Rejicit, vel Secum deliberat.

Si recipit, tunc

- a) Praefigitur terminus ad justificandum.
- b) Emissitur citatio ad appellatum,
- c) Datur notificatio appellanti,
- d) Remittuntur ad judicem a quo compulsoriales & inhibi-
 toriales.

Si rejicit, Appellantи schedula rejectionis insinuatur.

Contra quam, si in ea acquiescere nolit, novis remedii opus habet.

Ut scilicet

- vel ad superiorem Judicem appeleret,
- vel contra rejectionis schedulam leuteret,
- vel acta suis sumtibus transmitti, & super admissibilitate pro-
 nunciari petat.

Si secum deliberat, tantum inhibitoriales & compulsoriales emit-
 tuntur.

Hinc

DE REMEDIIS CONTRA SENTENT. DEVOL.

113

Hinc transmissis actis primæ instantiæ a judice a quo,
Nec tamen appellatione recepta sequitur hoc casu.

IV. *Prosecutio*, quæ est actus, quo appellans transmissis actis primæ instantiæ de novo petit, ut acta probe perlustrantur, & appellationi jamjam introducere tandem deferatur.

V. *Actorum* primæ instantiæ transmissio. Hæc transmissio.

Uti quam celerrime maturanda,

Quo Judex superior ante terminum se sufficienter informare possit,
Itz appellanti sub poena non factæ devolutionis incumbit,

Non faltem sumtus transmissionis erogare;

Sed etiam in casu non maturatae transmissionis de diligentia protestari.

VI. *Justificatio* est actus, quo appellans appellationem interpositam & introductam tam in formalibus, quam materialibus deducit.

Hic uti fieri solet

vel Oretenus, mündlich/

vel Ad calatum, von Mund aus in die Feder/

vel In scriptis, producta-Weise.

Itz appellatus excipiendo impugnat

vel Ipsam appellationem,

vel Formalia,

vel Materialia,

vel Utrumque,

Si ipsam appellationem, opponit exceptionem inadmissibilitatis,

Deducendo illam vel ex causa vel ex summa,

Si formalia, tunc opponit exceptionem desertæ appellationis.

Petendo, ut super deserteō pronuncietur,

Et appellatus in expensas retardati processus condemnetur.

Si materialia, arbitrio judicis formalia relinquit,

Gravaminibus vero exceptionem frivola appellationis opponit,

Petendo, ut sententia a qua confirmetur,

Et appellans in expensas retardati processus condemnetur.

Si utrumque, tunc præmissa desertæ appellationis exceptione,

Et annexa solennissima protestatione,

Eventualiter materialibus exceptionem irrelevantiæ opponit,

Petitum eodem modo, uti in superioribus casibus, formando.

P

H. 4

*Has Exceptiones replicando appellans elidere,
Appellatus duplicando defendere annititur,
Tandem, postquam in causa conclusum, sententia publicatur.
Per quam decretum a quo
vel Confirmatur,
vel Reformatur, { vel in totum,
{ vel in tantum,
Confirmatum vel Simpliciter,
vel adjecta expensarum refusione.
Accidit etiam aliquando, ut super punto incidente pronuncietur,
Interloquendo quoad
vel Formalia, vel Materialia.
Interim cum Appellatio beneficium juris commune,
Poterit huic adhærere non solum Litis Consors,
Sed etiam ipsa pars adversa,
modo hæc adhæsio fiat durante adhuc fatali.
Effectu hujus adhæsionis sunt
1) Adhærens non tenetur deponere in casum succubentiae.
2) Appellans non potest renunciare appellationi in præjudicium appellati.
Interdum quoque appellationi renunciatur.
Imprimis, si appellans metuat, se in expensas condemnatumiri.
Quo casu renunciatio facta appellato insinuanda,
Hinc fatalia alicuius actus appellato currere non incipiunt,
Nisi a momento factæ notificationis.
Effectus appellationis respiciunt,
 vel Judicem a quo,
 vel Judicem ad quem,
 vel Appellantem,
 vel Appellatum,
Ratione Judicis a quo appellatio operatur, ne iste in punctis appellatis perget, sub crimine attentati.
Ratione Judicis ad quem; ut illa tam quoad materialia, quam formalia attendat leges loci, unde appellatum, non Leges sui Judicij seu provincie.
Ratione*

DE REMEDIIS CONTRA SENTENT. DEVOL. 115

Ratione Appellantis, quod appellatione suscepta omnia maneat in statu quo, nec fieri possit executio.

Ratione appellati, quod hic appellationi adhærere vel gravaminibus appellantis renunciare, id est concedendo ea elidere possit.

Sicuti vero appellationis contraria sunt

- 1 Non devolutio (opponenda coram Judice inferiore)
- 2 Desertio,
- 3 Inadmissibilitas,
- 4 Renunciatio.

(Adhæsio enim magis ad cognata quam contraria pertinet.)

XII qui alterius appellationi adhæreret in Casu ubi appellans renunciat, adhæsionem suam, moribus plororumque judiciorum, prosequi nequit,

Cum corridente principali, necessario quoque corruat accessorium.

NOTABILIA.

- 1 Quod fatale descendii ad appellandum concessi currat quidem ignorantia, imprimis si vel procuratorem habuerit, vel habere jussus fuerit, & non paruerit, restituatur tamen in integrum, si procurator non sit solvendo.
- 2 Quod in locis, ubi certus terminus impetrandorum Apostolorum non est definitus, Judex ex arbitrio terminum non nimis angustum sub pena desertæ appellationis præfigere debat.
- 3 Quod mora Judicis Apostolos non expedientis appellanti non noceat, modo de sua diligentia fuerit protestatus,
- 4 Quod Judex a quo semper appellationi deferre debeat, etiam si ipsis quam frivolo videatur, nisi in crimen attentati incidere velit; Apostolos tamen pro lubitu dare possit.
- 5 Quod Judex a quo nec schedulam appellationis appellato communicare, nec super gravaminibus cognoscere vel decernerere queat.
- 6 Quod a Judice delegato appellare liceat ad delegantem, nisi datum sit sub clausula: *remota appellatione*.

P. 2

7 Quod



- 7 Quod jure civili tantum a sententia definitiva; Canonicō vero
a quocunque gravamine appellare liceat.
- 8 Quod si Appellans in termino Justificationis non comparuerit,
appellatio pro deferta habeatur, nisi legitimū impedimen-
tum docere possit.
- 9 Quod licet appellans in termino justificationis comparuerit, &
initium suæ justificationis fecerit, sed non ad finem perduxe-
rit, tamen appellatio pro deserta habeatur.
- 10 Quod appellans eo ipso, dum judicem a quo in punctis, su-
per quibus appellatum, ad ferendum auxilium implorat, ap-
pellationi suæ ipso facto renunciāsse præsumatur.
- 11 Quod si hora interpositæ appellationis in actis non appareat, to-
ta dies cedat appellanti.
- 12 Quod Appellatus non saltem suis scriptis renunciare, & ad acta
priora pure submittere, sed etiam gravaminibus ab appellan-
te adductis prorsus renunciare possit, quo acta prime instan-
tie ad judicem a quo remittantur.
- 13 Quod anticipata appellationis justificatio poenam desertionis
post se non trahat, præprimis, si in termino præfixo rursus
reperatur.
- 14 Quod Appellatio contra sententiam in possessorio summauissi-
mo latam interposita habeat quidem effectum devolutivum,
sed non suspensivum. *I. un. C. de moment. poss. app.*
- 15 Quod licet in causis Criminalibus locum non inveniat appella-
tio formalis, fatalibus suis inclusa; attamen loco ejus obtineat
provocatio ad superiorē pro impetranda ulteriore defensi-
one.
- 16 Quod in Causis alimentorum appellare non liceat, nisi respi-
ciant alimenta præterita, aut nimis excessivum quantum sit de-
cretum.
- 17 Quod licet quis in Instrumento obligationis omnibus juris be-
neficis tam in genere quam in specie renunciaverit; tamen
non obstante renunciatione, si per sententiam gravatus, appel-
lare possit.
- 18 Quod etiam a sola citatione appellare liceat, si ex ea metuatur
damnum irreparabile,

19 Quod

DE REMEDIIS CONTRA SENTENT. DEVOL.

117

- 19 Quod vi beneficij L. 4. C. de temp. app. novas exceptiones allegare non licet, multominus illa, quæ in priore instantia perdita vel rejecta.
20 Quod ipse Judex, si forte parti per sententiam gravata ut heres succedat, contra sententiam a se ipso latam appellare non prohibeatur. *Conf. Gruben. in Proc. pruv. cap. 28. §. 4. n. 9.*

AXIOMATA.

- 1 Pendente appellatione nihil est innovandum.
2 Qualis natura est causa principalis, talis quoque natura est appellationis.
3 Appellatio ab uno litigantium interposita, reliquis quoque consortibus prodest. *vid. arten l. 10. §. 4. ff. de Appell. & t. t. C. si unus ex plur. appell.*
4 Quoties sententia a qua in instantia appellationis confirmatur, toties causa ad judicem a quo remittitur.
5 Quoties sententia a qua in instantia appellationis reformatur, toties causa penes judicem superiorem manet.
6 Favor defensionis cancellis fatalium se includi non patitur.
7 Quicquid appellanti potest tribuere Judex, illud multo magis potest attribuere pars adversa.
8 Quicquid in instantia prima vel est rejectum vel neglectum, illud per remedium Appellationis reparari nequit.
9 Judex semel gravans sepius presumitur gravatus.

CAPVT XXX.

REMEDIIS CONTRA SENTENTIAM ANOMALIS.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Remedia anomala quædam? 3. In integrum restitutio quid?
4. Quotupliciter petitur? 5. Adorū reviso quid? 6. Quando conceditur?
7. Supplicatio quid? 8. Querela nullitatis quid? 9. Quid modis proponitur?
10. Quid si per modum actionis proponatur?

P 3

Tan-



CAPVT XXX

Tandem sequuntur remedia anomala, puta
f) In integrum restitutio,
g) Actorum revisio,
h) Supplicatio,
i) Querela nullitatis.

VI. In *Integrum restitutio* est beneficium juris prætorium subsidia-
rium, quo quis contra sententiam latam ex cœsis in jure ap-
probatis in pristinum statum reduci desiderat.

Petur illa

vel Per brevem manum, intra decendum,
vel Ex professo intra quadriennium.

*Ita tamen, ut prima species cum Leuteratione vel Appellatione sed
pe cunulerur.*

VII. *Ad eorum revisio*, est remedium juris extremum, quo is, cui aliud remedium non competit, intra decendium petit, ut acta denquo revideantur, & sententia hoc vel illo modo corrigeratur.

*Sicuti vero haec per se nec effectum suspensivum, nec devolutivum
habet.*

*Ita aliter quoque non cedetur,
Quam si victus per omnia sententiae publicatae satisfecerit
vel Solvendo,
vel Judicialiter deponendo.*

VIII. *Supplicatio* est beneficium juris, quo quis in quacunque causa gravatus, ad principem territorii provocat, ut acta ad se avocet, & in causa rescribat.

IX. *Querela nullitatis* est beneficium juris, quo quis sententiam vi-
tio visibili laborantem ex capite nullitatis impugnat, peten-
do, ut sententia ista cassetur & annulletur.

Proponitur haec vel Separatim, vel Coniunctim.

Conjunctim cum *Appellatione,* *vel Leuteratione.*

Separatum vel incidenter, intra decendium,
vel Ex professo, intra 30. annos,

DE REMEDIIS CONTRA SENTENT. ANOMAL. n^o 119

In tamen, ut ultimo casu, qui querelam movet,
Ante omnia 50. Thaleros in casum succumbentia deponere debe-
at. *Ord. Pol. Ren. Cap. 44. §. 1.*

NOTABILIA.

- 1 Quod restitutio in integrum etiam in ipsa executione opponi possit, modo causa restitutio*nis* in continentia docere queat.
- 2 Quod restitutio seme petita & denegata, deni*uo* ex eadem causa peti nequeat.
- 3 Quod contra sententiam in possessorio summarissimo latam nulla detur restitutio.
- 4 Quod contra omni*am* & neglectam injuriarum actionem restitutio denegetur.
- 5 Quod Iudex ex officio restituere nequeat, licet causa restitutio*nis* ex actis appareat, & in sensu incurrat.
- 6 Quod moribus Saxonici uxori Curatorem non habens contra lapsum fatalium restituatur in integrum
- 7 Quod minor habeat electionem, an contra Curatorem remedio ordinatio, an contra tertium restitutio*nis* beneficio experiri velit.
- 8 Quod propter l*äsionem* in pretio affectionis nulla detur restitutio. *V. tamen l. 35. ff. de minor.*
- 9 Quod restitutio ob impedimentum per dolum adversarii causatum concessa non saltem ad damnum emergens, sed etiam ad lucrum cessans extendatur.
- 10 Quod restitutio per statuum simpliciter prohibita, non intelligatur prohibita in eo casu, ubi minor agit de damno vitando.
- 11 Quod restitutio prohibita in casu enormis l*äsionis*, censeatur tamen permissa ob enormissimam l*äsionem*.
- 12 Quod ubi locus est appellacioni, ibi regulariter beneficium revisionis denegetur.
- 13 Quod beneficium L. 4. C. de divers. temp. app. in a*ctorum* revisione cesse*t*er.
- 14 Quod revisionem a*ctorum* petentes, non saltem Juramentum revisionis, ut vocant, pre*stare*, sed etiam certam summam in easum succumbentia deponere, aut ad minimum eo nomine cavere teneantur.

15 Quod



- 15 Quod nec a sententia mere interlocutoria revisio actorum concedatur, nec revisionis revisio permittatur.
- 16 Quod si quis Appellationem moveat, & isti querelam nullitatis cumulando adjungat; postea vero soli appellationi inhæreat, & nullitati renunciet, ad depositionem 50. thalerorum in causam succumbentiae non teneatur.
- 17 Quod remedium nullitatis nunquam coram judge delegaro, sed immediate statim coram delegante opponi & deduci debeat.
- 18 Quod licet remedium nullitatis, quatenus per modum Actionis proponitur, non nisi post 30. annos regulariter præscribatur; hoc tamen fallat, si causa principalis, de qua sententia lata est, breviore spatio circumscribatur.
- 19 Quod deserta appellatione non statim quoque nullitas deserta sit, nisi cumulatim proposita fuerit.
- 20 Quod quamvis nullitas ex defectu citationis, vel jurisdictionis oriens sit omnium maxima; attamen illa per spontaneam comparitionem absque protestatione factam confolidetur.
- 21 Quod supplicationis remedium locum non inveniat, nisi in causibus, ubi nullum aliud Juris remedium supereft.
- 22 Quod ubi supplicatio semel electa, ibi postea paenitere, & ad appellationem recurrere non liceat.

AXIOMATA.

- 1 In quibus causis non admittitur appellatio, in illis nec admittitur supplicatio.
- 2 Contra delicta prætor non restituit.
- 3 Privilegiatus contra & que privilegium non gaudet beneficio restitutionis.
- 4 Quicquid temporis supererat defuncto, illud quoque quoad restitutionem prodest heredi.
- 5 Quoties causa est individua, toties beneficium restitutionis minoris etiam majoribus prodest.
- 6 Restitutio semel denegata ex alio capite denuo peti potest.
- 7 Contra facta parentum non datur restitutio, nisi parentes dolose egerint,
tutelam liberorum gesserint Nov. 155.
Liberi abstineant ab hereditate parentum.

8 Cor-

- 8 Contra decreta principum non datur restitutio, nisi sub-& ob-
reptite impetrata sint.
 9 Restitutione impetrata, omnia ab utraque parte reducuntur in
pristinum statum.
 10 Restitutione denegata, omnia manent in statu quo, ac si nun-
quam restitutio petita.

CAPVT XXXI.

De

EXECUTIONE SENTENTIÆ.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Executio quid? 3. Circa illam que perpendenda? 4. Que-
namejus antecedentia? 5. Quenam concomitantia? 6. Que consequen-
tia? 7. Que Contrariantia? 8. Quibus modis Executio suspenditur? 9.
Quibus modis in totum tollitur? 10. An Iudex, qui sententiam non
rulit, tamen exequi possit? 11. Pactum executivum quid sit? 12. Consi-
statio liquidii quid? 13. Quid in se continet? 14. Expensa in genero
quotuplices? 15. Expensa litis quotuplices? 16. Quenam remedia con-
tra judicis moderationem? 17. Monitorium de solvendo quid contineat
debeat? 18. Que cautele circa monitorium de solvendo? 19. Objecti
executionis nominatio quid? 20. Affignatio quid? 21. Immisso quid?
 22. Missio ex primo decreto quando non est necessaria? 23. Pignorum
captio quid? 24. Quis ordo in ea observandus? 25. Taxatio quid?
 26. Que ejus requisita? 27. Sabbathio quid? 28. Quotuplex? 29. Li-
citatio quid? 30. Superlicitatio quid? 31. Superlicitatus ad quid te-
neatur? 32. Quid si Creditor ipse licetur? 33. Adjudicatio quid?
 34. Judiciali depositio quid? 35. Quinam ejus effectus? 36. Classifica-
tio quid? 37. Distributio quid? 38. Executio quomodo legitime fiat?
 39. Quenam ab Executione eximantur?

SEntentiam tandem, postquam vires judicati accepit, sequitur
executio. 1. v. ff. de re Iud.
Executio est actus, quo Iudex parti victrixi succurrit, adigen-
do fictum, ut judicatis per omnia satisficiat.
Hac ut accurate cognoscatur, perpendenda sunt ejus

Q

a) Ante-

- a) Antecedentia,
- b) Concomitantia,
- c) Consequentia,
- d) Contrariantia.

Ad antecedentia pertinet

- a) Judicatum,
- b) Pactum executivum;
- c) Constitutio liquidi,
- d) Judicis moderatio,
- e) Monitorium de solvendo,
- f) Iteratum monitorium cum eventuali termino executionis.

Ad concomitantia spectat

- g) objecti Executionis nominatio,
- h) Affignatio,
- i) Immissio.

Ad consequentia referuntur

- k) Pignorum Captio,
- l) Immobilium taxatio,
- m) Subastaatio,
- n) Licitatio,
- o) Superlicitatio,
- p) Adjudicatio,
- q) Judicialis depositio,
- r) Classificatio,
- s) Distributio.

Contrariantia sunt ista Remedia Juris, per quae Executio vel suspenditur, vel tollitur.

Suspenditur Executio per

- 1) Exceptionem deficientis liquidi.
- 2) Productionem Moratori.
- 3) Interventionem alterius.
- 4) Bonorum Cessionem.
- 5) Principis Prohibitionem.
- 6) Beneficium Competentiae.
- 7) Exceptionem nimis angusti termini.

8) No-

- 8) Novationem.
 9) Pactum de non petendo intra certum tempus.
 10) Interpositam Appellationem.

Tollitur Executio per

- 11) Solutionem.
 12) Compensationem.
 13) Dationem in solutum.
 14) Pactum de non petendo in perpetuum.
 15) In integrum restitutionem,

I. *Judicatum*. Hoc licet ab alio Judice latum,

Attamen ab hoc Executioni mandari potest,

Cum Judex causæ, & Judex Executionis sepe differant,

Imprimis, Si præcesserint litera requisitoriales.

II. *Pactum Execuzivum*. Hoc ita dictum est,

Quod Reus absque prævio porcessu statim se submisit,

In Causa, Si obligationi suæ debito modo non satisfecerit,

Quorundam & Pactum L. 3. Cod. de pign. merito referendum.

Quamvis in causis Cambialibus etiam sine hoc pacto Executio decernatur.

III. *Constitutio Liquidi*, est actus judicialis, quo viator ea, quæ per judicata obtinuit, ex Actis ordine extrahit, & judici eum in finem exhibet, ut parti adverse ante Terminum Executionis communicentur.

Hæc uti in se continet

Sortem, Usuras, Expensas.

Ita Expensæ, quas Viator prætendit, sunt vel Fructuum, vel Rerum, vel Litis

Expense Litis autem rursus

vel Termini,

vel Instantiæ,

vel Retardati Processus,

vel Totius' cause.

Quæ ubi excedunt 10. thaleros, per decretum moderanda.

Alias si infra 10. thaleros sunt, Judex eas ex officio moderatur.

IV. *Judicis Moderatio*. In qua si quis acquiescere nolit,

Poterit contra eam

vel appellare,
vel ad acta provocare,
vel ad juramentum se se offerre.

Ubi vero Liquidans confuse & sine allegatione Actorum liquidavit,

Interloquendo Judex decernit, ut aliam liquidationem offerat.

V. *Monitorium de solvendo*. Hoc eti tempus arbitriatum contineat,

Caveat tamen judex, ne sit nimis angustum,

Imo & prorogationem concedat, si nulla subsit debitoris calumnia.

VI. *Iteratum Monitorium de solvendo*.

Hoc eti pro arbitrio Judicis fieri possit

vel cum, vel sine Eventuali Executionis Termino.

Attamen melius sibi consulit Judex, si talem Terminum adjiciat,

Ne pars Viatorie protracta justitia conquerendi causam nanciscatur.

VII. *Objetti Executionis Nominatio* estactus, quo victor in ipso Ter-

mino Executionis, rem illam, in quam executionem fieri inten-

tendit, judici designat, petendo, ut Registratura defuper ad Acta conscribatur.

VIII. *Assignatio* est actus, quo Creditor in certum Bonum immobi-

le debitoris per primum Decretum immittitur, eum in fi-

nem, ut ipsi a die factae immisionis pignus prætorium com-

petat.

IX. *Immisso* est actus, quo Creditor in Bonum immobile debita-

ris assignatus, mediante secundo Decreto immittitur, eum in

finem, ut capiat veram immisionem.

Sicuti autem prima Missio moribus necessariis non est;

Ubi Creditori ex Instrumento jam jus Reale competit,

Cum Pignus Prætorium & Judiciale in effectu convenienter,

Ita, que in Decretis his adjudicatae, sunt Usura & Expense,

Etiam postea moto formalis concursu, Creditori debentur,

Licet Massa ad omnium Creditorum Satisfactionem non sufficiat.

X. *Pignorum Captio* est actus, quo res debitoris propriæ, mobiles

& moventes per apparatores apprehenduntur, & in judicio

deponuntur,

Observato illo ordine quem l. 15. ff. de re judic. prescribit,

In

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

125

In tantum, ut Judex illum invito Reo immutare nequeat,

XI. *Taxatio* est actus, quo a viris peritis & juratis pretium rei immissa constituitur, tam in eum casum, si pro parata pecunia veneat, quam si ad Terminos vendatur.

Hoc ut de jure constet, nec olim impugnari possit,

Necessæ est ut expediatur,

1 Præsente Judge,

2 Citatis iis, quorum interest,

3 A viris hujus rei peritis,

4 Juramentum obstrictis,

5 Singulis Partibus rei taxandæ specialiter expressis.

XII. *Subbastatio* est actus, quo res taxata mediante schedula publice ad vendendum exponitur, hac Lege, ut qui licitari intentit, intra quatuor septimanæ a momento affixionis computandas, vel in scriptis sese offerat.

Hec uti est *Generalis*, ubi nemo adhuc licitatus est,

vel *Specialis*, ubi licitator certus jam extat,

Ita ut Licitatoris nomen exprimatur *necessæ non est*,

Modo sumitus novæ licitationis suppeditet,

Et aliquando, imprimis si non sit possessionatus

vel juramentum malitiæ praefert,

vel certain summam in casum poenitentiae deponat.

XIII. *Licitatio* est actus, quo quis vel in scriptis, vel ortenus certum pretium pro re subhastata offert, petitque, ut de novo specialiter subhastetur.

XIV. *Superlicitatio* est actus, quo quis ultra pretium licitatum majus pretium adhuc offert, petendo, ut denovo specialiter subhastetur.

Hec uti sp̄iepius contingere potest,

Modo nulla fraus, collusio, vel malitia subsit,

Alias enim consultum erit, ut superlicitatus cogatur

Vel juramentum malitiæ praestare,

Vel certam pecunia summam in casum poenitentiae deponere.

Ita si nemo reperiatur, qui licitetur,

Tunc Creditor ipse licitari non prohibetur,

Non

Q 3

*Non tamen aliter, quam ut integrum pretium deponat,
Sine ulla detractione Crediti, quod prætendit,
Nisi forte alii Crediores desint, vel consentiant,
Salvo interim Debitori manente Jure Relutionis.*

XV. *Adjudicatio* est actus, quo res subhaftata clapso fatali, illi, qui vel ultimo licitatus est, vel primo licitanti, idem pretium offerenti & jus protimiseos exercenti, præstis praefandis addicitur.

XVI. *Judicialis Depositio* est actus, quo pecunia ab eo, cui res subhaftata adjudicanda, in omnium Creditorum securitatem in una summa deponitur, dato desuper brevi attestato, & Recessu adjudicationis.

Fundata illa est in l. 19. C. de usur.
Ac operatur id, ut non faltem cursus usurarum sistatur.
Sed etiam periculum fortis in Creditores transferatur,
Præterea deponens a periculo devaluationis liberetur.

XVII. *Classificatio* est actus, quo Jūdex Creditores invicem concurrentes in certas Clases ratione prætenzionum ponit, sententiamque desuper publicat.

XVIII. *Distributio* est actus, quo per sententiam solennem, bona debitoris, in quantum sufficiunt, inter creditores diversi ordinis distribuuntur,

Quemadmodum autem contra Executionem nullum Remedium admittitur.

modo fuerit legaliter & ordine decreta.

Nam præposterationem & excessum Executionis impugnare licet,
Ita, quo Executio legitime facta dicatur, requiritur, ut fiat in

- a) Mobilia,
- b) Moventia,
- c) Nomina,
- d) Immobilia,
- e) Actiones. *vid. l. 15. §. 2. ff. de re jud.*

In tantum, ut illa, quibus debitör ad vitæ sustentationem utitur,

Tamdiu ab Executione eximantur;

Quamdiu aliae res ad solvendum sufficiunt,

Alias illis deficientibus in subsidium teneantur.

NOTABILIA.

i Quod in Instantia Appellationis, si prior sententia sit reformatā,
Judex

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

127

- 1 Judex Appellationis ipse exsequatur, si vero confirmata, Acta primæ Instantiæ, una cum Judicatis secundæ Instantiæ judici a quo ad exequendum remittantur.
- 2 Quod si pars Victrix vel in Termino Executionis non compareat, vel objectum Executionis non determinet, Terminus pro circumducto habetur.
- 3 Quod omnis Exceptio Peremptoria in retro Actis antea non operata, contra ipsam executionem adhuc opponi possit, modo sit in continentि liquida.
- 4 Quod in casu, ubi tertius contra Executionem propter suum Interesse particulare intervenit, Executio tamdiu suspendatur, donec super Interventione cognitum & judicatum fuit.
- 5 Quod tamen si Victor sufficientem cautionem de restituendo accepto in casum succumbentiae prestiterit, non obstante Tertiæ Interventione, nisi sit in continentि liquida, in se fatis fundata, executio nihilominus expediatur.
- 6 Quod illi, qui preter suum dolum & culpam ad paupertatem redacti sunt, atque adeo beneficio competentiae fruuntur, in solidum excuti nequeant.
- 7 Quod ad beneficium cessionis nemo admittatur, nisi prius casus fortuitos docuerit, juratam specificationem ediderit, & omnia sua bona realiter in solutum obtulerit.
- 8 Quod non obstante moratorio, Creditores tamen contra debitorem usque ad executionem agere possint.
- 9 Quod debitori ejusque heredibus, si bonum immobile uni ex creditoribus subasta fuerit addictum, competitat hoc singulare beneficium, ut intra annum & diem, oblato pretio, & impensis meliorationis, illud reluere possit, licet Creditor ille rem in alium rursum transtulerit.
- 10 Quod consultum sit pro debitore, ut in Casu intendandæ relictionis judicialiter protestetur, ne Creditor durante anno relictionis expensas faciat in rem addictam, sub poena jacturæ.
- 11 Quod si certa res oppignorata sit, in illam ante omnia execu fieri debeat, in subsidium vero denum in alias res ad debitorem pertinentes,

12 Quod



- 12 Quod si debitor res suas malitiose occultet, juramentum malitiæ prestare tenetur.
- 13 Quod si ultimus Licitator pretium oblatum intra Terminum Legalem solvere non possit, res sub hasta comparata, vel in contumaciam ipsi adjudicanda, vel ipsius sumtibus & periculo denuo subasta sita.
- 14 Quod jus prime licitationis, non nisi consensu Creditorum & Judicis in aliud transferri possit.
- 15 Quod in casu, ubi quis superlicitatus est, si hunc superlicitationis poeniteat, prior cogi nequeat, ut pro pretio oblatore rem subasta retineat.
- 16 Quod si actio Realis in Judicio domicilii instituta sit, Judex causæ judicem rei sitæ pro decernenda Executione in subsidium requirere debeat.
- 17 Quod coram judice ad exequendum requisito nullæ admittantur Exceptiones Peremptoria, etiamsi in continentur doceri possint.
- 18 Quod sicuti debitor bona sua in fraudem Creditorum alienaverit, Executio etiam contra tertium possessorem decerni & expediti possit.
- 19 Quod si ultimus licitator in exsolvendo pretio cesseret, omne periculum interim ad ipsum spectet.
- 20 Quod Immisso sive facto partis, sive iudicis impedita pro realiter facta habeatur.
- 21 Quod in causa ubi nemo licitatur, Creditor, qui Taxationem petiit, & obtinuit bona taxata pro pretio statuto in solutum accipere tenetur.
- 22 Quod si inter primum & ultimum Licitatorem ratione Juris Prælationis controversia oriatur, & pro primo decidatur, ultimus vero contra hanc decisionem, Appellationem interponat, dcinde Appellationi sue rursus renunciet, forte ob belli vel pestis incidentem calamitatem, hic quidem liberetur, perditis pecuniis succumbentiae, & refusis expensis retardati processus, primus tamen nihilominus in nexu maneat.
- 23 Quod si facto & mora debitoris adjudicatio impedita fuerit, veluti

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

129

- luti per interpositam Appellationem, Leuterationem &c.
Licitator a periculo casus fortuiti merito liberetur.
- 24 Quod jus relutionis debitori contra Creditorem competens, in adjudicatione rerum mobilium locum non inveniat.
 - 25 Quod Creditor bonum immobile ipsi adjudicatum debitori ob beneficium relutionis restituens de fructibus interim perceptis respondere non teneatur.
 - 26 Quod debitor reluens sua bona, cum non adsit causa nova ad Laudemium præstandum non obligetur.

AXIOMATA.

- 1 Ab Executione non est inchoandus Processus.
- 2 Ubi nullum Judicatum, ibi nulla Executio.
- 3 Sumtus Executionis redundant in Debitorem.
- 4 Quæcumque res non possunt expresse hypothecari, illæ nec regulariter possunt executioni tradi.
- 5 Contra Executionem & Cambium nihil operatur Moratorium.
- 6 Qui resistentem privata autoritate exequitur, in crimen fractæ pacis incidat.
- 7 Contra venditionem sub hasta non datur restitutio. *I. 5. C. de fid. & Jur. Haf.* que tamen intelligenda saltem de venditione sub hasta, ob debita fiscalia, cum hic duo concurrant æque privilegiati; unde si ad hastam pervenerint bona minoris propter debita non fiscalia seu communia omnino dabitur ipsi restitutio; Nam fiscus vendens nomine creditorum, non potest plus Juris habere, quam seipse minor etiam cum decreto magistratus vendidisset, *Conf. Art. Matth. de auction.*
- 8 Quæ veniunt ad executionem, non immutant dispositionem.
- 9 Frustra sententiae feruntur, si executioni non mandantur.
- 10 Electio unius remedii executivi non præcludit viam aliis, si prius Victori non fuerit satisdatum.
- 11 Omnis Immissio intelligitur facta sub clausula; *salvo jure tertii.*
- 12 Interest Reip. ne autoritas hastæ publicæ destruatur.
- 13 Jus Relutionis debitori competens in extraneum transferri nequit.
- 14 Quæ contra communem Juris Civilis rationem introducta, non sunt producenda ad consequentias. *I. 14. ff. de LL.*

R

15 Ordo

15 Ordo exequendi a Lege p̄scriptus, invito debitore per Judicem mutari nequit.

CAPVT XXXII.

De

PROCESSU SUMMARIO.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Summarius Processus quid? 2. Que ejus partes? 4. Causa Summaria quo? 5. Ex quibus Foneib⁹ illa oriantur. 8. Quanam ex persona Actoris? 7. Quanam ex litis quantitate? 8. Quanam ex causa qualitate? 9. Quanam ex morum diuturnitate? 10. An invito reo Causa mutari possit? 11. An consensu urbisque litigantium? 12. An Principis Rescripto? 13. Jure Saxonico quid circa Documenta singuliter introdulunt?

Que haec tenus tradita sunt, ad Processum Ordinarium spectant.

Nunc supereft, ut de summario quoque Processu agatur.
Processus Summarius est, ubi rejectis procedendi solennitatibus consuetis de simplici & plano proceditur,

Observatis faltem illis, que ad substantialia pertinent;

In tantum, ut in easu factae responsionis negativæ;

Loco Probationis tantum nuda Demonstratio decerni debet.

Efti vero de Numero Caufarum summariarum DD. disperent,

Dum alii triginta sex; alii plures, vel patiiores esse contendunt;

Atramen in eo omnes unanimiter convenient;

Quod statuunt, Processum Summarium dijudicandum esse ex

vel Persona Actoris,

vel Litis Quantitate;

vel Caufe Qualitate,

vel Morum Diuturnitate.

Ex Persona Actoris, si scilicet sint Caufæ

1. Mercatorum,

2 Advenarum,

3 Miserabilium personarum,

4 Studiosorum,

5 Famu-

- 5 Famulorum,
6 Incarceratorum,
7 Rusticorum,
8 Spoliatorum.

Ex Litis Quantitate, si sint Causæ

- 9 Liquidationum.
10 Taxationis.
11 Minimæ.
12 Multarum.

Ex Causa Qualitate, si sint Causæ

- 13 Matrimoniales.
14 Preliminare.
15 Possessionis.
16 Fiscales.
17 Tributorum.
18 Alimentorum,
19 Legatorum.
20 Fideicommissorum.
21 Salariorum.
22 Mercedis.
23 Dotis.
24 Fractæ pacis.

Ex Morum Diuturnitate, si Causæ sint

- 25 Tempore præterituræ.
26 Cautionem concernentes,
27 Usuraram.
28 Pignorationum,
29 Attentatorum.
30 Prebendarum.
31 Decimarum.
32 Injuriarum.
33 Concursus.

Quemadmodum vero quævis Causa in dubio habetur pro Ordinaria,
Ne alias Reo per indirectum salutaria Juris beneficia prescindantur,
Adeo ut Reo invito ex Ordinaria Actione non possit fieri Summaria.
Imo ne quidem ex Summaria contra ejus voluntatem Ordinaria.

Ia quin utriusque consensu Ordinaria Causa Summarie tractari possit, dubium non est.

Cum Iolemnitates processuales sint Juris Publici saltem permittentis.

Præterea & principis Rescripto Judex cogi potest,

ut in causa Ordinaria absque ullis ambagibus procedat,

Imprimis, si pars adversa, aliud Rescriptum non extraxerit,

Jure Saxonico id specialiter introducunt est,

ut Actor executivo summarie invito Reo agere possit,

Ubi fundamentum actionis per instrumentum guarentigiatum in continentini probare potest,

Licet sit Actio citra omne dubium Ordinaria,

Quia Saxones magis ad modum probandi, quam ad ipsam actionem respiciunt,

Cum Jure Civili omnia Documenta pertineant post L.C.

NOTABILIA.

- 1 Quod Actus Voluntarie Jurisdictionis, nec non Actus Legitimi male a nonnullis ad Causas Summarias referantur, cum de illis nulla incidat controversia.
- 2 Quod actiones injuriarum propter injurias verbales, & leves, imprimis, si injurias ex calore iracundiae ortum trahunt, ad Causas summarias quidem referri possint; reliqua vero Injuriarum Species, præsertim si criminaliter agatur, pro Causis Ordinariis habenda sint. *O. P. M. R. cap. 50. §. 9. & 10.*
- 3 Quod in casu, ubi Reus in Processu Ordinario Judicem rogat, ut is in causa summarie & absque strepitu Judicii procedere velit, Actor etiam hoc replicando acceptet, postea vero Reus hoc revocare velit, Judex nihilominus summarie procedere debeat.
- 4 Quod si duas distincte causas in uno libello cumentur, quarum altera est Ordinaria, altera vero Summaria, neutra ad se trahat alteram; sed in una qualibet, juxta naturam Procesus, ipsi convenienti, Judex pronunciare debeat.
- 5 Quod ea, quæ communiter dicuntur esse Juris Gentium in Processu, nequidem in Causis summariali negligi & omitti possint.
- 6 Quod Error Advocati, Causam sui natura summariam ordinarie

DE PROCESSU SUMMARIO.

133

- rie tractantis, & solennem Litis Contestationem petentis, Principali prejudicare nequeat. *O. P. M. R. c. 28. §. 2.*
- 7 Quod si in Causa summaria, ubi nuda Demonstratio per Sententiam Actori injuncta, ipse vel ejus Advocatus Articulos exhibitos nominaverit *Probatoriales*, cum *Demonstrativos* appellare debuisset; Rubrica hæc Producenti nihil adimat, & Producendo nihil tribuat.
- 8 Quod vice versa si in Causa Ordinaria Producens sub rubro posuerit: *Articuli Demonstrativi*, cum scribere debuisset, *Articuli Probatoriales* &c. propterea Probatio non possit haberi pro deserta. *Vid. pag. 3. pag. 127. seqq.*
- 9 Quod in causa, ubi Judex in causa ordinaria loco solennis probationis Actori injunxit nudam probationem.
- 10 Quod in Saxonia Actor, ubi fundamentum actionis in continenti probare velit, etiam invito Reo ex Actione ordinaria facere possit summariam.
- 11 Quod in ducatu Magdeburgico omnis causa, etiam ordinaria, quantum possibile est, summarie tractari debeat.
- 12 Quod verba ista usitata: *Einfassung* *Ned* und *Anwort* / quæ a Saxonibus diversimode capiuntur, apud nos habeantur pro synonymis.
- 13 Quod in causis summariorum, quales quales etiam sint, licet rem minimam concernant, leges Processuales tam quoad formalia quam materialia stricte observari debeat.
- 14 Quod causa summariorum, si non scriptum libellum, tamen loco eius communicationem registraturae desiderent, salva alias reo exceptione non communicata intentionis.
- 15 Quod distinctio possessoriis summarissimi in maximi & minimi prejudicii, nonnullis usitata, vi cuius illud ad ordinarium, hoc ad summarium processuum referuntur, nullius sit momenti, cum omne possessorum sui natura sit summarium.
- 16 Quod licet usufructuario non competitus aliquod proprietatis; ideo tamen ipsi peritorum non denegatur, cum actio confessoria sine dubio ad peritorum pertineat.
- 17 Quod distinctio negotiorum in b. f. & stricti juris quantum ad processuum ord. marium vel summarium spectat, nullam praestet utilitatem.

utilitatem, cum actio depositi sine dubio sit bona fidei, & tam
celerrime tractari debeat, *Add. L. penult. C. d. depos.*

18 Quod ista interventionis species, qua quis propter suum parti-
culare interesse, absque animo alteri assistendi intervenit, ad
causas summarias referenda sit, licet illa fiat in causa alias
ordinaria.

AXIOMATA.

- 1 In dubio jura magis favent Reo, quam actori.
- 2 Quilibet causa tamdiu presumitur ordinaria, donec probetur
summaria.
- 3 Quoties jus publicum magis respicit utilitatem singulorum, quam
Universitatis, toties jus publicum pactis privatorum commo-
de mutari potest. *l. 38. ff. de paciis.*
- 4 inter mercatores non est disputandum de apicibus juris.
- 5 Cujus praedictum vertitur, illius quoque consensus requiritur,
- 6 Quantum olim potuit expressa partium conventio, tantum ho-
die potest officii, judicis nobilis imploratio.
- 7 Favor defensionis non patitur, ut ordinarii processus cancellis
includatur.
- 8 Cujus est leges processuales ferre, illius quoque est circa easdem
in una vel altera causa dispensare.
- 9 Cause fiscales non patientur moram.
- 10 Que in alicujus favorem introducta, in odium ejus detorqueri
non debent.
- 11 Que ad substantiam processus pertinent, ne quidem sub præ-
textu cause summariae omitti possunt.

CAPVT XXXIII.

De

PROCESSU EXECUTIVO.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Unde processus executivus ortu? 3. Executivus processus quid
est? 4. In quibus casibus ille locum habet? 5. Instrumenta garantigio-
nata unde dicta? 6. Quae Instrumentorum garantigiatorum requisita?
7. Exe-

DE PROCESSU EXECUTIVO.

135

7. Executivus processus in quibus casibus cesseret? 8. Quid si judex nibilis omnino executive procedat? 9. Quibus in casibus instrumentum referens absque relato executionem pariat? 10. Quando defunctus causa debendi instrumento non nocet? 11. Documentum privatum an etiam executionem operetur, & quomodo? 12. Quid si Reus documentum privatum diffiteri velit? 13. Quid si actor contra juramentum confessionis protestetur? 14. Quale remedium actori supereft, si reus diffiteri velit? 15. Que cautela pro actore in libello executivo? 16. Quid si plura capitia sint in libello, quam documento.

Quamvis regulariter in omni processu requiratur sufficiens cognitio,

utpote quae ex substantialibus processuum primum locum occupat,

In tantum, ut ab executione nunquam inchoandus sit processus, licet Reus omni juris processui expressis verbis renunciaverit; Attamen dantur casus, ubi ad nudam implorationem executio statim decernitur,

Introducti Jure Saxonico, ad praescindendas omnes litis ambages.

Cum Jure Civili ne quidem ex instrumentis publicis statim detur executo.

Ut pote que post L. C. ad Pro- & Reprobationem ibi referuntur.

Atque hinc ortus est peculiaris processus summario executivus appellatus.

Quemadmodum vero processus summario executivus in hac consideratione,

Est species processus, ubi non de jure petentis, vel debito, sed de ipsa executione agitur, ita ut judicis officium non pro condemnando sed exequendo operetur,

Ita locum non habet, nisi in istis casibus, ubi Reus habendus pro confessio.

Utpote si adsit

- a) Instrumentum publicum,
- b) Coram Notario & testibus confessum,
- c) Privatum recognitum,
- d) Confessio geminata extrajudicialis,
- e) Confessio judicialis.

Modo



Modo instrumenta, ex quibus executio petitur, sint Guarentigionata,
Ita dicta, quod Guarentigia firmitatem plenam inferre credatur.

Quia ut talia sint, requiruntur communiter, ut

- 1) Nullo visibili vitio laborent,
- 2) Contineant personam Creditoris & Debitoris,
- 3) Diem & consulem,
- 4) Causam debendi specificam,
- 5) Obligationem perfectam & puram,
- 6) Non sit instrumentum referens.

Hinc cessat

- a) In obligatione naturali,
- b) In obligatione civili reprobata,
- c) In obligatione conditionata,
- d) In obligatione sub die, si dies nondum venit,
- e) In obligatione eventuali,
- f) In obligatione subfidalii,
- g) In obligatione nullam causam debendi habente,
- h) In obligatione generalem debendi causam habente.

Adeo, ut Judge nihilominus executive procedente,

Reo salva sit & Exceptio inversi ordinis procedendi & Appellatio;

Quamvis absurdum non sit, ut aliquando referens absque relato-
 vim executivi processus nihilominus post se trahat,

Nimirum si

vel Exceptioni deficientis relati in referente renunciatum,
 vel Tenor relati extractive insertus sit referenti,
 vel Jurato quis ad debitum in referente se obligaverit,
 vel Partem debiti jam solverit & pro residuo se obligaverit,
 vel Causa concernat Mercatores & oriatur ex mercatura,
 vel sit causa cambialis,

Nonnunquam etiam defectus cause debendi non obest,

Scilicet si

vel virtualiter insit,
 vel accepte pecuniae mentio fiat,
 vel obligatio sit geminata,
 vel Judicialis accesserit confirmatio,
 vel exceptioni deficientis causae renunciatum,

vel

vel juramento munita obligatio,
vel consuetudine aut statuto aliud introductum,
vel concernat causam Cambialem,
vel agatur pro resto.

Interim cum documentum privatum non admittat executionem,
Nisi prius ab eo, contra quem producitur, per totum fuerit recognitum,

Cum recognitio subsecuta demum inducat confessionem,
Hinc, ubi reus illud jurato diffitetur, sententia absolvitoria sequitur,
Adeo, ut licet actor contra juramentum confessionis tempestive protestetur,

Locoque ejus ad comparationem literarum sese offerat.

Attamen nihilominus reus ad juramat confessionem admittatur,

Ne ex processu summario per istam comparationem fiat ordinarius.

Non obstante, quod alias contra quodvis juramentum legale contraria probatio admittatur.

Cum Jure Civili processus executivus plane fuerit incognitus,

Multo minus, quod per sententiam reo simpliciter recognitio injuncta fuerit,

Quoniam talis sententia est strictæ interpretationis & legaliter capienda,

Omnium minime, quod reus sit persona infamis vel similis.

Dum actor sibi imputet, quod hunc processum elegerit.

Hinc aliud remedium hisce & similibus casibus actori non supereft,

Nisi ut refusis expensis alium processum instituat.

Ceterum caveat sedulo actor processu executivo experturus,

Ne plura capita libello suo forte inserat,

Quam ex instrumento Guarentigiano in continent apparent.

Alias ipsi non saltem, quoad illa, quæ aliena sunt,

Verum etiam quoad ista, quæ in documento claris verbis continentur,

Per sententiam ordinaria injungetur probatio,

Imprimis, si reus loco recognitionis item negative contestatur.

NOTABILIA.

Quod duas pluresve actiones ex uno instrumento Guarentigiorum resultantes, licet diversæ prorsus naturæ sint, vel nullam conexi-

nexitatem inter se habentes, omnes & singulæ in uno libello executivo proponi possint, modo non sint sibi plane e diametro contrarie.

- 2 Quod ex literis amatoriis, licet vel sanguine scriptæ, vel jumento roboretæ, ad consummationem promissi matrimonii executive agi non possit; cum nihil inferant nisi sponsalia illicita & clandestina.
- 3 Quod ob injurias scriptas, si verba sint per se injuriosa, agi possit executive, licet ad poenam corporis afflictivam vel carceris petitum dirigatur.
- 4 Quod si in uno instrumento contineantur diversa debita, quorum dies partim venit, partim nondum venit, etiam ratione posteriorum petitum simul absque ulla ineptitudine formari possit. Cum enim arrestum possit legitime imponi ratione debitorum futurorum: Cur non securitati meæ hoc modo possem proficere, maxime cum illa debita, quorum dies jam venit, non solverit, adeoque præsumtio sit, eum quoque futura non sponte soluturum.
- 5 Quod licet in statuto quodam dispositum sit, ne contra instrumenta Guarentigionata ullæ admittantur exceptions, quam solutionis & compensationis, tamen ideo exceptions reliquæ, quæ virtualem solutionem in se comprehendunt, ut transactionis, acceptilationis, pacti de non petendo &c. non excludantur *Conf. Ord. Proc. Ren. c. 47. §. 6.* Legislator enim non videtur excludere eas species, quæ in jure communii solutioni æquiparantur, statutum enim omne aut lex provincialis ita explicanda, ne contra dicat Juri communii, nisi appareat, legislatorem huic expreſſe renunciasset.
- 6 Quod etiam alias exceptions peremptoriz, quæ ex oculari instrumenti inspectione, vel ex substantialibus negotii requisitis fluunt, in processu executivo admittantur. *Ord. Proc. Ren. cap. 47. §. 6.*
- 7 Quod omnes exceptions, quæ alias admittuntur in ipso termino executionis, multo magis in processu executivo admittantur.
- 8 Quod exceptio extensa chartæ blancæ, si in continent ex indicis

DE PROCESSU EXECUTIVO.

139

- ciis probabilibus demonstrari possit, v. g. ex ipsa charta, vel ductu literarum, etiam contra instrumentum recognitum admittatur.
- 9 Quod Exceptiones contra Instrumentum Guarentigionatum sui natura admissibiles in Foro non aliter, quam si in continenti liquidæ, h. e. vel ex adversarii confessione, vel documentorum productione pateant, ad impediendam Executionem admittantur,
- 10 Quod tamen apud Saxones ad modum probandi in continenti nec testium depositio, nec juramenti delatio referatur.
- 11 Quod econtrario in Ducatu Magdeburgico contra Instrumenta Guarentigata, licet executive inde agatur, non saltem in quacunque Judicij parte, sed etiam in ipso Executionis Puncto & Termino, juramenti delatio locum inveniat *Vid. O. P.*
R. cap. 29. §. 2. & cap. 47. §. 9.
- 12 Quod Edictio Documentorum sicut pars Probationis & Processus Ordinarii est, ita in Processu Executivo merito cessa, licet Reus illam urgeat, ad fundandam vel probandam Exceptionem.
- 13 Quod in casu, ubi Reus Dooumentum recognoscit sub clausula: *falsis Exceptionibus*; istas vero Exceptiones nominatim non exprimit, judex Sententia sua salutarem restrictionem, se vel deren contra Instrumentum recognitum *Julianig/* inferere debeat, sin minus declaratio petenda.
- 14 Quod Reo non comparente, non statim Executio expedienda, sed novus Terminus Recognitionis praesigendus, & ad istum sub pena recogniti citandus sit, nisi ex Instrumento Publico clausulis Executivis munito agatur.
- 15 Quod Pactum l. 3. C. de pignor, licet Creditori non tribuat potestatem privata autoritate debitorem expellendi, imprimis si resistit, post se tamen trahat hunc effectum, ut contra debitorem emanentem statim realiter expediatur Executio.
- 16 Quod etiam Cessionarius executive agere non prohibeat, modo se ratione juris cessi sufficienter legitimare possit.
- 17 Quod Actio Hypothecaria contra Tertium rei hypothecataræ possessorem, sive ex titulo lucrativo sive onerofo illam accepit,

- perit, si fundamentum ejus ex Instrumento Judiciali apparet, executive formari possit, in tantum, ut ipsi nec Beneficium Excussionis, nec divisionis prosit. *Ord. Proc. Ren. c. 18. §. 3.*
- 18 Quod licet aliqua Actio sine omni dubio sit ordinaria, eo ipso tamen, dum fundamentum ejus ex Instrumento Guarentigionato in continentि probari potest, moribus Saxonie fiat Summario-Executiva.
- 19 Quod etiam in Concurso Creditorum contra Curatorem bonorum ex chirographo obserati debitoris agi possit executive, ita tamen, ut ipsi salvae maneat omnes Exceptiones Reales & Peremtoriae, ex Negotii natura resultantes, licet debitor illis non usus fuerit, aut iisdem plane in illo instrumento renunciaverit.
- 20 Quod Exceptio non numerata pecuniae, sive intra, sive post biennium opposita, contra Instrumentum Publicum, vel Privatum Recognitum, nihil operetur, nisi in continentि probari possit atque adeo onus probandi solutionem per modum Replicae in Creditorem moribus nostris nunquam transferat.
- 21 Quod tamen Replica de non accepta pecunia contra Apocham a Creditore opposita post 30. dies, etiam moribus nostris non amplius attendatur.
- 22 Quod in Concurso Creditorum Uxor illata sua per solam Mariti Apocham probare nequeat, nisi & reliqui Creditores aliud fundamentum probandi sua Credita, quam manum debitoris prae se non habeant, *Ord. Pr. c. 48. §. 2.*
- 23 Quod licet mariti confessio de dote accepta sit judicialis, jurata, & longissima præscriptione munita, tamen exinde contra Creditores executive nec agi, nec excipi possit.
- 24 Quod si debitor personaliter ex Instrumento Guarentigiatō obligatus vel lite pendente, vel in fraudem Creditorum bona sua alienaverit, etiam contra tertium possessorem singularem ex tali instrumento executive agi possit.

AXIOMA TA.

- 1 Instrumenta Guarentigiatā continent & præsumptionem veritatis & justitiae.
- 2 Omnis Exceptio ultioris indaginis in processu Executivo pertinet ad Reconventionem.

3 Ubi

DE PROCESSU EXECUTIVO.

141

- 3 Ubi deficit causa debendi, ibi deficit & Actio & Executio.
- 4 Fides Germanorum non patitur, ut contra claram literam Creditori injungatur probatio.
- 5 Quae Instrumentum non canit, nec nos contare debemus.
- 6 Quoties Reus causam suę possessionis habet ab eo, qui in Instrumento se realiter obligavit, toties Exceptio vulgaris: *non sum nominatus in Instrumento*, Excipienti non prodest.
- 7 Quaecunque Exceptio obstat Cedenti, illa obstat quoque Cessionario.
- 8 Cessio lite pendente facta est ipso jure nulla.
- 9 Quodcunque Instrumentum non est recognoscibile, illud nec est exigibile.
- 10 Instrumento non juvatur, qui in instrumento non nominatur.
- 11 Qui Instrumentum agnoscit pro se, debet etiam illud agnoscere contra se.
- 12 Omnis efficacia Instrumenti Privati dependet a Recognitione.
- 13 Qui manum suam negat, & convincitur, omni juris beneficio indignus est. *Aurb. contra Cod. de N. N. P.*
- 14 Quaecunque Probatio requirit tractum temporis, illa non potest dici Probatio in continentia.

CAPVT XXXIV.

De

PROCESSU POSSESSORII SUMMARIISSIMI.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Judicium ratione Originis quotuplex? 3. Judicium Reale quomodo subdividatur? 4. Possessorum Judicium quotuplex? 5. An non omne Possessorum sit summarium? 6. An detur speciale Possessorum reservanda possessionis? 7. Divisio Summarissimi in magni & parvi prajudicii nullius momenti. 8. An Petitorum cum Possessorio in uno scripto cumulari possit, & quomodo? 9. Jum qua ratione in Possessorio

rio allegari possint? 10. In Possessorio quibus testibus eredatur? 11. An & subdivi admittentur in Causa Domini, & quomodo? 12. An Pars Adversa citanda? 13. An Juramenti Delatio in Possessorio Summariifissimo locum habeat? 14. Inhibitionis Pœnalis effectus unde pendeat? 15. Ubi illa Inhibitione insinuanda?

Quemadmodum inter cæteras Judicij Divisiones eminent ista.
Qua ratione Causa Efficientis & Originis dispesci solet in Reale, Personale, & Mixtum,
Fundata claris verbis in §. 20. J. de Action.
Cum alias & ratione objecti non defint Judicia Mixta,
Quibus & rem & poenam simul ab adversario persequimur.
Ita Reale rursus ratione Finis est
 vel Possessorium, ubi agitur de Possessione acquirenda, retinenda, restituenda.
 vel Petitorium, ubi agitur de Jure Reali.
Possessorium rursus
 vel Ordinarium, ubi agitur de actibus antiquæ possessionis.
 vel Momentaneum, ubi agitur de actibus ultimæ possessionis.
Nam quamvis in oppositione ad Petitorium omne Possessorium sit summarium,
Utpote in quo de simplici & plano absque strepitu proceditur,
Atmen in oppositione ad se invicem unum altero est celerius.
Quo respectu antiquum dicitur Ordinarium, & Momentaneum vocatur summarium.
Imo & nonnunquam summariifissimum ac Præsentaneum.
Cum stylus Curiae hec vocabula pro synonymis hactenus receperit.
Evidem fuit, qui quartum genus summariifissimi non saltem statuunt,
Illud de conservanda Possessione speciali nomine appellantis,
Sed etiam illud in magni & parvi præjudicii subdividunt,
Ast sciri Interdictum Pro Conservanda, cum interdicto pro retinenda possessione coincidit.
Ne Entia Moralia præter necessitatem multiplicentur,
Ita omne summarium in se consideratum parvi momenti est,
In oppositione vero ad petitorium per accidens fieri potest magni momenti.

Nimi-

DE PROCESSU POSSESSORII SUMMARISSIMI. 143

Nimirum si per sententiam in summario latam Petitorio fieret prae-judicium.

Ceterum cum omne Petitorium tendat ad possessionis restitutio-nem.

Sive ille possideat naturaliter, sive dolo possidere desierit,

*Hinc Remedium retinenda cum Petitorio cumulari nunquam potest,
Econtrario, acquirendæ & recuperandæ Remedia commode cumu-lari queunt,*

Hoc extra controversiam interim manet.

Jus, Titulum, vel Contractum ad Petitorium pertinere,

Atque adeo in Possessorio male & inconsulto allegari,

Nisi clausula : de non intromitendo in Petitorium statim adjiciatur.

Quavis vero in summariisimo etiam testibua non juratis credatur.

Imprimis, si alias intuitu sui Officii jam Juramentum praefiterint,

Imo etiam unicus testis juratus pro tuenda possessione sufficiat;

Preterea quoque subditi in Causa Domini ut testes admittantur,

*Modo juramentum, quo Domino obstricti sunt, ad hunc actum ipsis
fuerit relaxatum,*

*Attamen caurius agit, qui a suis testibus juramentum praestari curat,
Insimilque illos super certis articulis examinari laborat.*

Dum eo ipsi Judex eo facilius in suas partes moveri potest.

Interim sicuti necesse non est, ut Articuli Parti Adverte commun-i-centur,

*Multo minus, ut ifta ad videndum jurare vel dandum Interrogato-
ria citetur;*

*Ita, quin ob defectum testium in summariisimo juramenti delatio
locum habeat, nullum dubium est,*

Præsertim, si neuter litigantium testes pro se habeat,

Cum necessitas exenta sit a Lege,

Ac Juramenti Delatio sit vera, licet extraordinaria, probatio.

*Tandem, cum omnis efficacia Inhibitionis Pœnalis dependeat a Le-
gali insinuatione.*

Quoniam in effectu perinde est, an illa plane non, an non legiti-me insinuata,

*Hinc illa deficiente, nec contumaciae accusatio nec poena exactio
Locum invenit.*

Litter

*Licet etiam ista Inhibitio aliquoties reperita, & poena aucta fuerit.
Ita tamen, ut sufficiat, citationem in loco habitationis insinuatam
esse,
Si forte inhibitus absens vel ratione Fori privilegiatus sit.*

NOTABILIA.

- 1 Quod actio personalis, qua talis, nec ad Judicium petitorum nec possessorum referri queat.
- 2 Quod licet sententia ista, quæ statuit, petitorum quoque cum possessorio retinendæ possessionis cumulari posse, a quibusdam dicatur esse vera, sicut Evangelium, attamen a Baldo vocatur ita falsa, ut Judas Ischariot.
- 3 Quod instituto petitorio, Judex non possit cognoscere super possessorio, licet ex actis appareat, vel clausula salutaris libello adjecta sit. *diffent. Schwendendorff. ad Fibig. p. m. 12-15.*
- 4 Quod instituto possessorio Judex pronunciare possit super petitorio, si de ejus justitia ex actis in continentibus constet, & clausula salutaris libello sit adjecta, quia possessorum Judicium habet naturam Judicii intermissivi, quo non opus est, ubi de principali nulla remanet controversia.
- 5 Quod tamen intermissio Possessorio ab Implorante recurri possit ad Petitorum, refusis refundendis, & vice versa.
- 5 Quod in Possessorio Summariissimo cessent omnes Exceptiones Dilatoria & similes.
- 7 Quod licet in Possessorio Summariissimo nec de iusta, nec de iniusta, sed saltem de turbata possessione queratur, attamen iusta possessio tunc nihil operetur, si quis possessionem ab ipso adversario, vi, clam, vel precario naclus fuerit, & hic viuum possessionis allegatae in continentibus probare possit.
- 8 Quod in casu, ubi Implorans a parte sui ultimam possessionem, a parte adversarii turbationem in continentibus deduxit, merito Mandatum Poenale sine clausula decernatur.
- 9 Quod tamen nihilominus, ubi inhibitus factum suum aliquo modo postea justificat, Mandatum Poenale in simplicem Citationem resolvatur.
- 10 Quod tamen in Causis Criminalibus ejusmodi. Mandata s. c. vel plane

- plane non decernantur, vel de facto decreta ad Demonstrationem Partis adversae rursus cascentur.
- 11 Quod si tamen in Causis Criminalibus vel statim ab executione incipiatur, vel aliis modis prorsus nulliter procedatur, tunc non obstante Causa Criminali Mandata ejusmodi recte decernantur.
 - 12 Quod quamvis contra Inhibitionem Pœnalem nulla admittatur Leuteratio vel Appellatio, imprimis, si ista aliquoties reiterata fuerit; attamen contra sententiam super inhibitione latam, eadem non denegetur.
 - 13 Quod tamen & contra ipsam Inhibitionem, si illa contra Formalia Processus impingat, forte quod in casibus non inhibitivis emanaverit, & Leuteratio & Appellatio locum habeat.
 - 14 Quod inhibitus vel factum suum intra certum Terminum justificare, vel inhibitioni præcise parere teneatur, alias in pœnam proteritam condemnabitur, licet postmodum jus suum deducere velit & poscit.
 - 15 Quod in casu plurium Inhibitionum a poena dictata Inhibitus liberetur, si faltem ultima Inhibitioni moram gesserit, & Adversario expensas restituerit.
 - 16 Quod si ad docendam partitionem certus Terminus sit prefixus, & Implorans in isto Termino non compareat, accusata ejus contumacia, inhibitus Pœnalis rursus cassetur, & ille in expensas Terminii condemnetur.
 - 17 Quod in casu, ubi Inhibitio plura continet capita, absurdum non sit, ut facta Inhibiti justificatione in aliquibus decreta inhibito cassetur, in aliquibus vero confirmetur, annexa interim expensarum compensatione.
 - 18 Quod si uterque litigantium in ultimo actu possessionis se fundet, vel sequester constituendus, vel ocularis inspectio decernenda, vel super meliore demonstratione interloquendum sit.
 - 19 Quod contra ejusmodi pœnales inhibitiones nihil operetur, licet quis vel autorem nominaverit, vel litem ipsi denunciaverit, imo et si nominatus confiteatur, se turbationem mandasse, & litem in se suscipere velit.
 - 20 Quod licet interveniendo verus dominus rei turbatae inhibito

T

adsi-

adsistat, & ius suum reale in continenti doceat, tamen hic vel possessionem ablatam restituere vel poenam dictitatem luere debet.

- 21 Quod Locator, qui conductorem propria autoritate dejicit, ipsum non obstante pacto executivo, in continenti restituere, ac eo nomine per omnia satisfacere teneatur, licet conductor intra duplicatum terminum non solverit, vel alias contractui non satisfecerit.
- 22 Quod licet probatio non facta partitionis tam per testes quam documenta fieri possit; illud tamen non procedat, si rotulus testium ab ipso sculteto ejus, qui inhibitus erat, conscriptus fuerit.
- 23 Quod si per implorantem steterit, quo minus inhibitus partitionem praestare potuerit, paritio in effectu pro facta habeatur.
- 24 Quod in casu confirmatae prohibitionis regulariter pro inhibente; in casu vero cassatae inhibitionis, pro inhibitio sit interimistice pronunciandum.
- 25 Quod in novi operis nuncitatu in poenam dictam incidat, si contra inhibitionem aedificando pergit, licet inhibition non ipsi, sed ejus domesticis, vel opificibus in novo opere laborantibus, insinuata fuerit; nisi mediante jureamento obtinere possit; si ignorasse tenorem inhibitionis.
- 26 Quod licet inhibitus, postquam per sententiam declarationem in mulieram promeritam condemnatus est, nec leuterare, nec appellare, nec ius suum deducere possit; attamen si multa nimis excessiva & contra solitum judiciorum ordinem posita sit, ad superiorem, vel actorum transmissionem provocare possit.
- 27 Quod in casu ubi alicui quid inhibitum sub poena arbitraria, nullo adjecto certo quanto, contra inhibitum nulla decerni possit executio, etiamsi non paruerit.
- 28 Quod poena defuncto dictata ab heredibus exigi nequeat, licet defunctus inhibitioni non paruerit,
- 29 Quod fisco ratione poenae promeritae in bonis inhibitii nec ius aliquod tacite hypothecae, nec ius praelationis competit Alter in Ord. Proc. c. 48. C. 2. §. 3.

30 Quod

30 Quod si alicui injuncta sit probatio partitionis & paritio constituta in factis negativis, non imploratus sive inhibitus, sed implorans probare debeat. *vid. p. 118. n. 15.*

AXIOMATA.

- 1 Licet possessio facti sit; non parum tamen juris in se continet.
- 2 Etiam latro, & fur in possessione manutendus.
- 3 Possessorium ordinarium absorbet summarium, & petitorium absorbet utrumque.
- 4 In possessorio summarissimo nullae adjudicantur expensae (Litis.)
- 5 Nemo tenetur edere titulum possessionis, nisi principi.
- 6 Quaecunque tendunt ad idem, illa in uno scripto cumulari possunt,
- 7 Quaecunque vero tendunt ab opposita, & sibi invicem contraria, illa in uno scripto cumulari nequeunt.
- 8 In possessorio summarissimo duobus testibus affirmantibus plus creditur, quam decem negantibus.
- 9 Qui obtinuit in possessorio, nihilominus succumbere potest in petitorio,
- 10 Ubi definit possessorium, ibi incipit petitorium.
- 11 Qui se fundat in possessione naturalis libertatis vel quasi, ab omnino onere probationis immunis est.
- 12 Vim vi in continenti repellere licet. *L. 1. ff. b.*
- 13 Plus juris competit possessori in retinendo, quam actori in agendo.
- 14 Nemo sibi causam possessionis mutare potest. (contra adversarium)
- 15 Quoties nova causa possessionis extrinsecus accedit, toties titulus possessionis merito mutatur,
- 16 Cuicunque possessioni repugnat lex publica prohibitiva, illa pro manutenibili haberi nequit.
- 17 Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.
- 18 Animo quid retinetur, sed non acquiritur possessio.
- 19 Possessio in toto occupata, presumitur etiam occupata in quilibet ejus parte.
- 20 Quicquid non potest uscapi, illud non potest possideri.

- 21 Nemo per indirectum commodis possessionis privandus.
 22 Ex possessione praeterita merito concluditur ad possessionem
 præsentem.
 23 In pari causa melior est ratio possidentis. *l. 28. ff. Commod.*
 24 Qualis traditio, talis possessio.
 25 Consultius est experiri possessorio, quam se intromittere in peti-
 torium. *S. 4. J. de Interd. addatur l. 24. ff. de R. V.*

CAPVT XXXV.

De

PROCESSU POSSESSORII
ORDINARI.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Possessorium ordinarium quid? 3. Quare introducūt? 4. Analogum ejus præsent interdicta recuperanda possessionis? 5. Quanam illa? 6. An et prædoni competant, & quando? 7. Quanam cause necessario requirant, ut titulus possessionis & allegetur, & iustificetur? 8. Quæ ratio hujus? 9. Possessorii ordinarii quare in furo exiguis est usus?

Finito possessorio summario succedit aliquando possessorium ordinarium,
Ad evitandam difficilem probationem, quæ in petitorio se exerit.
Eis autem possessorium ordinarium, in quo inter partes litigantes
 de antiquiore, colorata, & iustiore possessione controvertitur.
Hoc utri potissimum eum in finem introductum,
Quo prior possessione, potior quoque jure declaretur,
Cum ab antiqua ad præsentem possessionem merito præsumatur,
Ad instar interdictorum Juris Romani illorum,
Quæ pro recuperanda possessione competit,
Quorū potissimum referuntur interdicta,

1 Unde vi,

2 Quod

2 Quod vi aut clam,

3 Can. redintegranda 3. caus. 3. qu. i.

4 Can. s̄pē 4. de restitut. spoliat.

Partim per jus Civile, *partim* per Jus Cononicum introducta.

Elective competentia, dum ad idem tendunt,

In tantum, ut nec prædoni notorio denegentur,

Etiamsi ab ipso domino dejectus fuerit,

Modo ifta dejectio facta fuerit ex int̄ervallo.

Ita illud singulare est, quod dentur certæ cause,

In quibus non saltem utile, sed plane necessarium est,

Ut possessio allegata titulo justificetur, & coloretur,

Quales sunt præ cæteris,

Jurisdictionales,

Regales,

Beneficiales,

Imprimis, si jus commune, aut juris præsumtio contra possessorum militet,

Quoniam sine superioris concessione nec acquiri, nec possideri possunt.

Interim cum in possessorio ordinario & L. C. & probatio admittatur.

Eandem quo fere prolixitatem post se trahat, ac petitorum.

Hinc usus ejus in foro valde exiguius & infrequens est.

NOTABILIA.

1 Quod cum remedium Can. redintegranda caus. 3. qu. i. adeo generale & universale fit, ut in omni casu factæ turbationis locum inveniat, reliqua theoreticorum remedia nullam amplius utilitatem præsent.

2 Quod in casu, ubi uterque litigantium possessionem antiquam & coloratam docuit, judex neutri præ alio quid adjudicare, sed juxta naturam interdicti uti possidetis, ita possideatis, pronunciare debeat, annexa penali inhibitione, ne alter alterum in sua possessione turbet.

3 Quod finito possessorio ordinario deinde in petitorio, ut constet, quis actor sit, cautio exigenda sit, eum in finem, ut qui eam præstat, Rei, qui accusat, actoris vicibus fungatur.

T 3

4 Quod

CAPVT XXXV.

- 4 Quod exceptio dominii remedio Can. redintegranda c. 3. qu. 1.
opposita, etiamsi in continentि liquida sit, nihil operetur,
nihil Implorans eam in replicis suis expresse aut tacite conces-
serit.
- 5 Quod relatio petitorio, & refusis expensis, ad possessorium or-
dinarium recurrere nullibi sit prohibitum.
- 6 Quod licet interdictum de Cloacis purganti detur, etiamsi vi,
clam, vel precastio cloacam posse deat, cum reliqua interdicta
omnia presupponant, ne possessor vi, clam, vel precastio pos-
se deat; attamen purgatione facta deinde cloaca statim destru-
atur.

AXIOMATA.

- 1 Ab unitate territorii ad unitatem jurisdictionis in dubio valet con-
sequentia.
- 2 Contra quem militat juris presumptio, illi semper injungitur pro-
batio.
- 3 Quicquid sine titulo possideri nequit, illius possessio semper
presumitur iusta.
- 4 Quantum tribuit expressum privilegium, tantum in effectu tri-
buit immemorialis Præscriptio.
- 5 A possessione antiquiore ad possessionem recentiorem merito
concluditur.
- 6 Quo quid antiquius, eo melius.

CAPVT XXXVI.

De

PROCESSU ARESTI.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Arrestum quid? 3. Cujus originia? 4. Juri Civili incogni-
tum. 5. Quotuplex? 6. Arrestum & Inhibitio quot modis inter se diffe-
rant? 7. Arrestum in specie quotuplex? 8. Arrestum generale an & feu-
dum officiat? 9. Jus prioritatis quando ex Arresto generiali competit? 10.
Hypothecam raciam habens an bene agat, si arrestum petat? 11.

Quod-

DE PROCESSU ARRESTI.

153

Quodvis arrestum quibus partibus constet? 12. Formalia arresti quenam?
13. Legitime, interpositionis quenam requisita? 14. Debitum Liquidum
qua ratione fiat? 15. Urgens necessitas quenam? 16. Que cautela judicis
arrestum concedentis? 17. Jus prioritatis in arrestis quando incipiat?
18. In causis cambialibus quid singulare? 19. Renovatio quid? 20. Quan-
do instituenda? 21. Justificatio quid? 22. In termino quid si neutr.
compareat? 23. Quid si arrestans tantum? 24. Quid si arrestatus tantum?
25. Quid si uterque? 26. Effectus? 27. Contraria.

INter reliquas Processus Executivi species, uti Processus Arresti
eminet,

Male ab aliis Processus Irregularis & Mixtus appellatus,

Ac si pro diversitate debiti Ordinarius vel summiarius esse possit,
In Arrestum est beneficium Juris Saxonici, vi cuius Creditor per-
sonalem prætensionem habens, majoris securitatis gratia, ob
causas in Legibus approbatas, in bonis sui debitoris Jus ali-
quod Reale & prioritatis legitimo modo consequitur.

Juri Civili sine dubio prorsus incognitum,

Ut pote, ubi quevis Executio demum sententiam & rem judicatam
sequitur. *L. i. C. de Exec. rei Jud.*

Nunquam Processu per illam absque virtute præposterationis incho-
ando.

Adeo, ut fallant, qui Arrestum cum Pigiore Prætorio confundunt,
Cum Misio ex primo vel secundo Decreto presupponat judica-
tum,

Originem suam Saxonibus referens,

Qui melius putant rem habere, quam Actionem,
Occasione Sequestri Juris Civilis forte introductum;

Cum vero Arrestum in Foro sit

vel Arrestum in specie, vel Inhibitio.

Quorum alterum cum altero sape confunditur,

Hinc ad evitandam confusionem notandæ sunt differentiae,

In eo potissimum consistentes, quod

a) Arrestum petatur ex Documento liquido,

Inhibitio etiam ex aliis fontibus,

b) Arrestum queratur contra debitorem,

Inhi-



CAPVT XXXVI.

- Inhibitio vero contra debitoris debitorem.
 c) Arestum renovetur intra 14. dies. *Ord. Pr. Ren. cap. 48. § 3.*
 Inhibitio vero intra octiduum.
 d) Arestum concedatur a Judice rei sitæ.
 Inhibitio vero a Judice domicilii.
 e) Arestum faciat ex actione Personali, Realem,
 Inhibitio vero naturam Actionis non immutet.

Quemadmodum autem Arestum in specie rursus afficit aut personam,
 aut bona debitoris.

Ita hoc iterum,

- vel Generale, per quod afficiuntur omnia debitoris bona in
 certa Provincia sita,
 vel Speciale, per quod afficiuntur certa bona sub hoc Judi-
 cito sita,
 vel Specialissimum, per quod afficitur particulare quoddam
 bonum.

In tantum, ut Creditor & eligere & variare possit,

Imo & ob debitum allodia fructus feudales arestare queat,

Modo Allodialia vel de-vel non sufficient,

Ita Arestum Generale nullum jus prioritatis tribuit,

Nisi Judicibus inferioribus rite fuerit notificatum,

Imprimis, ubi alii interim per Speciale Arestum prævenerunt,

Excepto casu, quo facto Secretarii notificatio fuit impedita,

Hinc male agunt omnes illi, qui hypotheca tacita gaudent,

Iibi per speciale Arestum sibi confidunt,

Cum Hypotheca ipsis competens omnia debitoris bona afficiat,

Interim quodcumque demum Arestum sit,

Occurrunt in eo & Formalia & Materialia,

Formalia, quæ sunt extrinsecæ ejus solennitates, consistunt in

- 1 Impositione,
- 2 Renovatione,
- 3 Justificatione.

I. Impositio ut Legaliter fiat, requiritur

- a) Debitum liquidum,
- b) Urgens necesitas,
- c) Causa in lege expressa.

d) Scri-

DE PROCESSU ARRESTI.

153

- d) Scriptum arrestatorium,
- e) Productio instrumenti originalis,
- f) Præsentatio scripti arrestatorii cum expressione momenti.

g) Attestatum Judiciale (Recognition Arrest-Schein)

Uti vero debitum liquidum fit per

vel Testium depositionem,

vel Debitoris confessionem,

vel Instrumenti Guarentigiani productionem,

vel Creditoris juramenti præstationem. (suppletori)

In per urgenter necessitatem intelligitur periculum amittenda fortis.

Forte quod debitor hactenus inceperit,

vel Mobilia sua aliorum transferre,

vel Immobilia alienare aut oppignorare,

vel Luxuriosam vitam agere,

vel Cambia ipsius cum protestatione redierint,

vel Ad arrestum se obligaverit.

In tantum, ut ista necessitas ab arrestante & alleganda & probanda sit:

Salva alias actione injuriarum contra arrestantem & judicem,

Licer hic arrestum sub clausula: in quantum de jure, concesserit.

Ceterum cum ultra casus legis arrestum non subsistat,

Et sola protestatio de deficiente animo injuriandi nihil operetur;

Hinc scriptum arrestatorium a Creditore subscribendum,

Quin & sufficiens indemnitatibus cautio præstanda,

Si judex Litem suam facere nolit.

Quamvis & oretenus imponi possit arrestum,

Imprimis si periculum subsit in mora,

Data Creditori libertate, ut & vidimatum copiam producere possit.

Interim cum arrestum & operetur securitatem & prioritatem,

Ideo judex vel Actuarius momentum presentationis exprimat,

Redditio, si velit, imploranti scripto arrestorio,

Presertim ubi de necessitate urgente non satis est edictus

*Quo facto jus prioritatis non currit a momento justificati, sed im-
positi libelli,*

Quamobrem & recognitio, ut vocant, in forma probante expeditur,

U

Quo

Quo in Casu plurium arestantium omnis disputatio evitetur,
At in sententia Classificatoria justus ordo obseruetur.

Illud singulare est in causis Cambialibus,

Quod Creditor arestum reale imponere possit,

Quamvis & debitorem in Carcere, & pignus in manibus habeat,

Imo etiam si in concursu alibi pendente per judicatum præ-vel ex-
 clusus sit.

II. Renovatio est actus, quo is, qui arestum impetravit, judicem im-
 plorat, ut libellum & reliqua arrestato communicet, terminum
 præfigat, ipsum circet, ac desuper sententiam ferat,

Hec licet apud Saxones bina fice fieri debeat,

Ipsa ut nonnulli volunt, præcise decimo quarto die,

In tantum, ut anticipatio poenam Cassationis post se trahat,

Attamen in Ducatu Magdeburgico una renovatio sufficit,

Intra 14. dies pro lubitu arestantis suspicienda. *O. P. M. R. cap. 43.*

III. Justificatio est actus, quo Creditor impetrati aresti formalia &
 materialia decenter deducit, petitiq; ut super iisdem pro-
 nuncietur, sibique jus reale & prioritatis in bonis arestatis
 ratione fortis, usurarum & expensarum tribuatur,

Sicuti vero in termino ad justificandum præfixo comparet
 vel Areftans tantum,
 vel Areftatus tantum,
 vel uterque simul;

Tra Areftans arestati contumaciam accusat,

Petendo, ut hic sub comminatione publicandi decreti ad novum
 terminum citetur,

Econtrario Areftatus arestantis contumaciam accusans, poterit
 vel Cautionem de prosequenda lite petere,

vel Sententia super relaxatione aresti statim submittere,

ubi vero uterque se fistit, areftatus impugnat aresti,
 vel Concessionem, per exceptionem non subsistentis aresti,
 vel Formalia, per exceptionem deserti aresti,
 vel Materialia, per exceptions peremptorias communes.

Quo factio judec vel pro vel contra legaliter pronunciat.

Effectus Arefti legitimate impetrati concernit

vel arestantem,

vel

vel arestatum, vel tertium.

Quoad Arrestantem, effectus in eo consistit, quod

1 Consequatur jus reale & prioritatis a tempore impositi
aresti.

2 Subditum alterius territorii ad forum aresti trahere posit.

3 Praferatur alias creditoribus personalibus aut hypothecam
extrajudiciale, licet priorem habentibus.

4 Posit venditionem bonorum arestatorum urgere, imprimitis
si servando servari non possint.

5 Bona arestata pro pretio taxato ipse acquirere queat.

Quoad arestatum, quod

6 Debeat stare in foro aresti, licet sit persona alias privile-
giata.

7 Ipsi interdicatum libera bonorum administratio.

8 Si necessitas id exigit, sequester vel inspector constituantur.

Quoad tertium, quod

9 Bona arestata ad ipsum transeant cum onere aresti.

10 Contra ipsum positis terminis habilibus competat actio
Pauliana.

11 Creditor tempore posterior priori Creditori satisfacere &
ex jure celsi agere posit.

12 Licet Juxē Arrestum relaxaverit tertio tamen non no-
ceatur.

Contaria aresti sunt

1 Relaxatio,

2 Renunciatio,

3 Desertio,

4 Principit prohibitio.

NOTABILIA.

1 Quod licet debitor moratorium impetraverit, in quo omnis A-
resti concessio inhibita est, tamen Arrestum ab uno vel alte-
ro Creditore in securitatem imperratum nihilominus de ju-
re subsistat.

2 Quod super Arresto secundo eventualiter imposito prius cognosci & dijudicari non debeat, quam super formalitate primi
fuit decisum.

U 2

3 Quod

- 3 Quod jus Areſti reale etiam ignorante vel diſſentiente debitore in alium, qui forte jam jus in bonis areſtatis habet, cedi & traſferri poſſit.
- 4 Quod licet iudex Areſtum tam ratione formalium quam materialium pro valido declaraverit, ſententia tamen iſta inter debitorum & Creditorem vel bonorum Curatorem lata, aliis Creditoribus non obſtet, quo minus dictum areſtum ex Capite deſertionis vel invaliditatis impugnare poſſint.
- 5 Quod hypotheca tacita pupillis in bonis tutorum confeſſa, non poſſit extendi ad bona tutoris alibi extra territorium judicis pupillaris iſta.
- 6 Quod contra heredes Areſtum peti & imponi poſſit, licet hereditas poſtea appareat fatis ſolvendo, cum ante editionem inventarii de facultatibus defuncti conſtare nequeat.
- 7 Quod in caſu, ubi Areſtum impoſitum eſt, ex paſto confeſſivo, illud non ratione loci, ubi impoſitum, ſed ratione loci, ubi paſtum eſt, ratione materialium dijudicandum ſit, cum formalia ejus dependeant a legibus judicij, ubi cauſa cognoſciatur.
- 8 Quod licet regulariter ſalaria inhiberi & areſtari nequeant, imprimis ſi Creditori aliunde ſatisfieri poſſit, attamen & areſtum horum valeat, ſi debitor nulla alia bona habeat.
- 9 Quod tamen Dominus, cui ſalarii ſolutio incumbit, propter fu-um interefſe interveniendo, ejusmodi areſtum impugnare, ejusque relaxationem petere poſſit.
- 10 Quod bona debitoris militis coram iudice non militari recte areſtentur.
- 11 Quod per areſtum iniquum areſtatus injuriarum agere poſſit, tam contra areſtantem, quam iſpum iudicem, etiamſi in ſententia caſſatoria ipſi haec facultas non fuerit expreſſe revocata.
- 12 Quod Creditor, cui frumentum a debitorum in ſolutum traditum fuit, nihilominus areſtum vel inhibitionem falvo Dominio extrahere poſſit, imprimis ſi iſtud frumentum in alieno horreo ſit reconditum.
- 13 Quod iuſte etiam areſtatus, ſi iudici ſufficientem obtulerit cauſionem, hic vero eam recuſaverit, ex areſto impune diſcedere poſſit.
- 14 Quod

- 14 Quod in casu, ubi bona arestanda non sunt sub jurisdictione judicis causæ sita, hic judicem competentem in subsidium juris implorare debeat, ut arrestum quæsitum pro summa concurrente concedat.
- 15 Quod hoc in casu quidem judex requisitus super formalibus & validitate Arresti cognoscere possit, merita vero Cause ad judicem requirentem ablegare debeat.
- 16 Quod arrestatus pendente arresto ex lege dissamari arrestantem ad suum forum provocare nequeat, etiamsi vel in iuste imprevarerit arrestum, vel non debite prosecutus fuerit. *Dissent. Mev. P. s. Dec. 3.*
- 17 Quod tamen in arresto cassato debitor arrestatus Creditorem mediante remedio L. Dissamari prævenire possit, antequam ad novi arresti impositionem properaverit.
- 18 Quod Arrestato, si alia bona non habeat, ex bonis arrestatis tam alimenta, quam sumitus litis suppeditare debeant.
- 19 Quod sicuti debiti liquidi demonstratio ad formam arresti pertinet, ita Arrestum pro nullo declarandum sit, licet debitum liquidum factum fuerit in Renovatione.
- 20 Quod licet bona debitoris arrestata fuerint, proptereas ipsi non interdicatur alienatio vel in solutum datio, in tantum, ut in solutum uni vel alteri Creditorum data per actionem Paulianam revocari nequeant. *I. 24. que in fraud. Cred. I. 6. §. 7. ff. eod. & I. 38. §. 4. ff. de usur.*
- 21 Quod Arrestum quoque concedendum sit liberis contra parentes, & Vasallis contra Dominum, cessante omni privationis poena.
- 22 Quod non obstante concursu Creditorum aut cessione bonorum a debitore facta, arrestum contra bona alibi sita imprimare liceat.
- 23 Quod tamen post publicatam sententiam classificatoriam arrestum amplius in præjudicium designatorum Creditorum non admittatur.
- 24 Quod quoad fructus feudales subsistat arrestum, licet non a Domino feudi, sed ab alio judice non feudali impetratum fuerit.
- 25 Quod exceptio non renovata inhibitionis profit quidem debitori principali, non vero debitoris inhibito debitori.

AXIOMATA.

- Quicquid olim operabatur pignus prætorium, illud hodie in effectu operatur legitimum arestum.
- 2 Ubi nullum liquidum, ibi nullum arestum.
- 3 Ubi periculum est in mora, ibi solennitatum judicialium nulla habetur ratio.
- 4 Quæ difficilis sunt probationis, & tamen judici ignota, a Creditore per juramentum probari possunt.
- 5 Qui Jure suo uritur, nemini facit injuriam.
- 6 Quicquid potest oppignerari, illud quoque potest arestari.
- 7 Quæ ad formam essentiale aresti requiruntur, ex post facto suppleri non possunt.
- 8 Bona debitoris mobilia sequuntur jurisdictionem judicis domicili.
- 9 Omne arestum intelligitur sub clausula: salvo aliorum jure meliore.
- 10 Uno remedio securitatis electo, alterum propterea non excluditur.
- 11 Quod potest prævideri injustum, ne quidem præstata cautione concedendum arestum.
- 12 Arestum servat rem integrum, nec quicquam mutationis invito arestante permittit.
- 13 Arestum securitatis gratia impetratum non tollit vel impedit jus retentionis.
- 14 Quæcumque exceptiones arestato competunt, contra ipsum creditorem, illæ quoque contra Creditoris Creditorem illi non denegantur.
- 15 Quoties quis nomine alterius arestum petit, toties literæ ad ipsum scriptæ sunt instar specialis mandati.
- 16 Quoties contra arestantem præsumtio est, ipsum cum arestato colludere, toties super veritate debiti recte defertur juramentum, licet per sententiam arestum fuerit pro valido pronuntiatum.
- 17 Cassatio aresto, non statim cassatur actio.
- 18 Quoties arestum annullatur ex defectu formalium, toties non obstante judicato, aliud Arestum imponi potest, refusis refundendis.
- 19 Quo-

- 19 Quoties vero arestum annullatur propter defectum materialium, toties aliud arestum ex eodem capite imponi nequit.
 20 Sicuti judex facilis est in concedendo, ita quoque non debet esse difficultas in relaxando Aresto.

CAPVT XXXVII.

De

PROCESSU CAMBII.

SVMMARIA.

1. Connexio. 2. Cambium quid? 3. Quotuplex? 4. Quodnam bnius Loci? 5. Personae ad Cambium concurrentes quanam? 6. Quae specialia processus occurunt in remittente? 7. Quae in Transfante? 8. Quae in presentante? 9. Quae in acceptante? 10. Improrium cambium quomodo a proprio differt? 11. Quae peculiaria circa processum ratione Creditoris? 12. Quae ratione debitoris? 13. Quae ratione negotii? 14. Montorium debitori datum, an siflat processum Cambiale? 15. Depositio Judicialis an impedit cambiale executionem? 16. Cambio amissio quomodo procedatur? 17. Expensae cambiales quanam intelligantur?

Sane cum ex exsecutivis processibus omnium celerrimus sit cambialis processus,
Utpote in quo omnes prorsus solennitates processuales cessant,
Excepis iis, que ad substantiam litis, & legitimationem litigantium faciunt,
Tam Jure Civili quam Canonico in totum incognitus,
Ab Italibus invenitus, a Germanis melioratus,
Hinc non abs re erit, de illo separatim agere,
Imprimis, dum nulla fere res publica est, in qua Cambia non vi-
 gent.

Sicuti vero Cambium est negotium, quo quis alterius pecuniam in
 alio loco post breve temporis spatium, accepto honorario,
 & datis literis consuetis, se per alium soluturum promittit.

Ad sui essentiam requirens

- 1 Duo loca, sc. a quo, & ad quo, & ad quem
 2 Quatuor personas, Remittentem, Trasfante, Praesentan-
 tem, Acceptantem.
Ia ratione forme est
 vel Materiale, ubi Chirographo inserta formula: nach Wech-
 sel: Styl/
 vel Formale, ubi diversa loca & diversæ personæ distincte
 exprimuntur.

Formale rursus

vel Apertum, ubi quis alteri solutionem committit, vel mandat,
 vel Palliatum, ubi quis se ipsum soluturum promittit.

Licet autem proprie loquendo Materiale & Palliatum cambium
 non sint,

Attamen in effectu iisdem gaudent privilegiis, quibus formale &
 apertum.

Interim postquam ad Cambium verum pro forma requiritur,
Quo in illo concurrent arithmeticè vel Juridice quatuor distinctæ
 personæ,

- 1 Remittens, qui alteri pecuniam solvit in loco a quo,
- 2 Trasfans, qui pecuniam istam alibi restituendam promittit,
- 3 Praesentans, qui literas Cambii in loco ad quem, soluti-
 onis gratia exhibet,

- 4 Acceptans, qui in loco ad quem solutionem promittit.

In tantum, ut pro diversitate locorum & personarum diversa oriatur
 actio,

Hinc utile erit, nosse, quæ specialia in procedendo ratione ista-
 rum personarum occurrant.

Scilicet intuitu Remittentis singularia sunt, quod debeat

- 1 Valutam in pecunia proba & parata solvere,
- 2 Fide de valuta habita sufficientem cautionem præstare,
- 3 L' agio juxta cursum consuetum solvere,
- 4 Proximetæ debitum honorarium præstare,
- 5 Literas acceptas probe custodire,
- 6 In continentis cambii ne minimum quidem mutare;
- 7 Cambium aliorum transmittendum indossare,
- 8 Reverso Cambio & non soluto Trasfanti id cito notificare.

Intuitu

In iuriu Trassantis, quod teneatur

- 9 Literas confuetas scribere & extradere,
- 10 Quantum solvendum literis non zyphris exprimere,
- 11 In illis certum tempus solutioni præfigere,
- 12 In Casu amissi cambii aliud substituere,
- 13 De acceptando & solvendo sufficienter cavere,
- 14 Literas avisorias sine mora transcribere,
- 15 Non saltem in foro Domicilii, sed etiam destinatæ solutionis conveniri possit,

16 Non subsecuta solutione de omni interesse satisfacere debeat.

In iuriu Præsentantis, quod obligetur,

- 17 Ante diem solutionis Cambium præsentare,
- 18 In casu recusatæ acceptationis confessim protestari,
- 19 Literas protestatas usque ad diem solutionis penes se retinere,
- 20 Cessante solutione de novo protestari,
- 21 Instrumentum protestationis Remittenti remittere,
- 22 Solutione promissa dies respectus concedere,
- 23 Nullam dilationem acceptanti concedere,
- 24 A limitibus mandati ne latum unguem recedere,

In iuriu Acceptantis, quod cogatur

- 25 Cambium vel pure acceptare, vel recusare, *O.C.M. art. 6.*
- 26 Post dies discretionis statim solvere,
- 27 Solutionem nec prorogare nec anticipare,
- 28 Acceptare nolens literas avisorias remittere,
- 29 In cambio non nominatus sopra protetto demum acceptare,
- 30 Re adhuc integra, accepto contramando, solutionem detrectare,

31 Ubi suspicio quedam doli se exserit, judicialiter deponere.

Caterum sicuti Cambium proprium a Trassato eatus differt, quod

- a) Trassatum vocatur ein getrockneter Wechsel / Proprium dicitur ein auf sich selbst gestellter Wechsel /
- b) In Trassato requiritur acceptio, & antecedens præsentatio. In proprio nulla nec præsentatio nec acceptatio.
- c) In Trassato præcedunt literæ avisoriae, In proprio illæ cessant.

X

d) In

- d) In Trattato conceduntur dies discretionis,
In proprio denegantur.
- e) In Trattato protestandum intra 24. horas,
In proprio intra annum & diem.
- f) Trattatum obliget, licet in illo Valuta non sit expressa,
O. C. M. art. 1. in fin.

Proprium Valuta expressionem ad formam requirat.

Ira & in proprio peculiaria quedam non desunt.

Djudicanda ratione originis suae ex

vel Persona Creditoris,

vel Persona debitoris,

vel Qualitate negotii.

III Ex persona Creditoris est, quod

- 1) Simul in personam & in bona debitoris executionem impetrare possit,
- 2) Quod nec ex L. Diffamari, nec ex L. si contendat provocari possit,
- 3) Quod pignus intuitu Cambii datum retinere possit, licet res aliena sit,
- 4) Quod invitus nec concursui se immiscere, nec pignus extradere debeat. *Ord. Camb. Magd. art. 36.*
- 5) Quod ipso invito debitor incarceratus dimitti nequeat, licet offerat cautionem,
- 6) Quod licet in concursu exclusus sit, tamen contra debitorem agere possit,
- 7) Quod Cambium delegans & verum & bonum nomen praetare debeat,
- 8) Quod actione contra tertium instituta pœnitere liceat,
- 9) Quod ex pluribus correis eligere possit, quem velit,
- 10) Quod ex Cambio indossato sine ullo mandato experiri queat,

Ex persona debitoris est, quod debeat

- 11) Personaliter comparere, licet cum procuratore,
- 12) Lecto detentus coram judge delegato recognoscere.
- 13) Heres ejus vel hereditatem repudiare vel solvere. *O. C. M. art. IV. verbis: und auf gleiche 35.*

14 Cestet

- 14) Cesset beneficium cessionis & competentie.
- 15) Heres nec gaudeat jure deliberandi, nec simili.
- 16) Ad forum alias privilegiatum provocare nequeat.
- 17) Separatam negotiationem exercens, licet minor sit, obligetur.
- 18) Per judicis inhibitionem a solutione non liberetur.
- 19) In moneta dura solvere teneatur.
- 20) In ipsum redundant omnes expensæ sine moderatione.

Ex qualitate negotii, quod in Causa Cambiali.

- 21) Cessent omnes exceptions dilatoriae.
- 22) Procedatur oretenus & celerrime.
- 23) Non admittantur peremptoriae nisi solutionis & compensationis, imo ne hæc quidem si cambium sit in manus tertii,
- 24) Cessent dilationes & humanæ ferie.
- 25) Denegetur suspecti judicis exceptio & similis.
- 26) In casibus apertis non admittatur leuteratio vel appellatio.
- 27) In casibus dubiis appellatio non aliter admittatur, quam prævia depositione valutæ, & quinquaginta thalerorum in casum succumbentia.
- 28) Reconvencio Locum non inveniat, nisi ad ultimum obolum conventio sit finita.
- 29) Exceptio N. N. pecuniae nec intra, nec post biennium opponi possit.
- 30) Sola inodosatio sit loco solennis & judicialis cessionis.

Quamvis vero debitor moratorium quoddam extraxerit,
Sub expressa clausula: ne per actionem vel executionem inquietari debeat.

Attamen per hoc processus Cambialis non siftitur,
Sive ante moratorium jam inchotus sit, sive postea demum inchoetur,

Dum contra executionem & Cambium nihil operatur moratorium,
Iu tantum, ut moratorium presumatur alias sub-& obrepticie impetratum,

Quin imo sola Judicialis depositio Cambii efficaciam non impedit,
Nisi fors usuræ & expensæ in una summa deponantur.

Inte-

*Interim Cambio amissio nihilominus cambialiter proceditur,
Moio de istius tenore aliunde liquido constet,
Prestita si debitor urgeat, sufficiente indemnitatis cautione,
Caterum si quis in expensas Cambii condemnatus sit,
Aut ex pacto se ad illarum reparationem obligaverit,
Illas solum feret, quæ ex natura negotii oriuntur,
Neutiquam vero eas, quæ ex Creditoris Contumacia nata,
Utpuma, si ex indossamento conventus arestum passus sit.
Cum quæ per accidens contingunt, debitori non possint imputari.*

NOTABILIA.

- 1 *Quod in casu, ubi nundinarum tempus fuit prorogatum, professor Cambii, si tempus solutionis expectare nolit, elevato attestato de prorogatione, indossantem vel trassantem ad restitucionem valutæ convenire possit.*
- 2 *Quod si presentans in casu nundinarum prorogatarum nihilominus expectaverit, acceptans vero interea temporis bonis cedat, vel bancorumpat, periculum ad ipsum spectet, perdito regressu contra indossantem vel trassantem.*
- 3 *Quod licet nemo regulariter ad acceptandum alterius Cambium invitatus obligetur; aliud tamen sit in principali, cuius institutor in ipsius utilitatem cambiavit, utpote qui invitatus acceptare cogitur.*
- 4 *Quod si diversa quantitas valutæ in rubro & nigro contineatur, plus fidei tribuatur contextui, quam rubrice, licet praesentans errorum probare velit.*
- 5 *Quod debitor merces ad tempus emendo adigi possit, ut in securitatem creditoris vel asecurationem (Bilett) scribat, vel pretium in parata pecunia, absque ulla deductione (rabatto) solvat, licet satis solvendo, vel eminentioris conditionis sit.*
- 6 *Quod proxenetae in negotiis Cambialibus, quibus ipsi interserunt, non saltē commode testimonium dicere, sed etiam se a prestatione juramenti testimonialis liberare possint.*
- 7 *Quod licet in literis Cambialibus vocula: *Commiss*, vel *ordre* non reperiatur, nihilominus debitor ei, cui valuta assignata, sub praetextu deficients Legitimationis, solutionem recusare negeat.*

8 Quod

DE PROCESSU CAMBII.

165

- 8 Quod licet necesse non sit, ut in literis Cambialibus specialis causa debendi exprimatur, cum vox *Valut* eandem virtualiter innuat, consultius tamen faciat, qui eam exprimit, quo omnis evitetur disputatio & perverfa pronunciandi formula. *Vid. Zipf. de Camb. p. m. 139. in fine.*
- 9 Quod mercator literas Cambiales recipiens, legens, & apud se per triduum retinens, eo ipso easdem acceptasse videatur.
- 10 Quod qui literas Cambiales solvendas accipit, facta avisatione ad tertium, ad solutionem stricte obligetur, licet tertius ille, vel bonis interim cesserit, vel ejus conditio aliis modis mutata fuerit.
- 11 Quod pecuaria ab uxore ad Cambium data, post mortem ejus cedat marito, tanquam heredi mobiliari, licet uxori hypotheca eo nomine constituta sit, aut dies solutionis nondum venerit.
- 12 Quod in Casu ubi literæ cambiales effluxis jam diebus solutionis & respectus præsentantur, intra 24. horas solutio præcise fieri debeat, in tantum, ut his elapsis, præsentans & protestari possit & debeat.
- 13 Quod in casu, ubi tempus solutionis in literis Cambialibus omnium proximæ nundinæ loci *ad quem tempus solutionis* constituant.
- 14 Quod acceptans alterius literas Cambiales & solvens in concursu Creditorum gaudeat jure retentionis & prelationis ratione mercium, que ipsi a Traffante datæ, licet alii credidores vel arestum vel hypothecam in iis prætendant.
- 15 Quod Creditor Cambialis cum debitore communi partim suo partim alterius nomine scontrans, in casu, si utrique inde satisficeri nequeat, prius sibi in solidum satisfacere possit, antequam alteri quid tribuat, modo fallimentum nondum fuerit secutum.
- 16 Quod acceptans qui in fine nundinarum demum solvere poterat, licet ante solutionis terminum solutionem præstiterit, nullam culpam committat, nec fines mandati excedat, modo non fecerit vel dolose, vel animo captandi lucrum. *Vid. sup. 143. n. 28.*

X 3

17 Quod



- 17 Quod pecunia ad Cambium data vel remissa sub nullo prætex-
tu, excepto solo laetæ Majestatis Crimine vel inhiberi vel ar-
restari, multo minus judicialiter deponi possit.
- 18 Quod si causa non sit Cambialis, sed aliunde orta, utputa ex
Contraktu Locati vel simili, contra debitorem in foro Cam-
biali procedi nequeat, licet se admodum Cambii nach Wech-
sel Artis obligaverit, nisi Foro suo ordinario expressis verbis
renunciaverit.
- 19 Quod licet persona principalis in Cambio nominata ad Cambi-
andum vel contrahendum de jure alias inhabilis sit, fidejussor
tamen simul constitutus, firmiter nihilominus ad fortem &
usuras obligetur. *vid. l. 25. ff. de fidejuss.*
- 20 Quod Clericus Cambium dans & foro suo privilegiato in illo
renuncians, eoram judice quidem seculari, conveniri, sed non
nisi a Consistorio citari possit.

AXIOMATA.

- 1 Inter Mercatores non est disputandum de spicibus juris.
- 2 Cum semel acceptatum est, non amplius queritur, quare, sed an
acceptatum.
- 3 Variante persona in Cambio concurrente variat etiam actio inde
resultans.
- 4 Conditio acceptationi invito praesentante adjecta, pro non adje-
cta habetur.
- 5 Exceptio ex persona Trassantis nata Praesentanti opponi nequit.
- 6 Prater Exceptionem solutionis & compensationis nulla admitti-
tur exceptio.

CAPVT XXXVIII.

De

PROCESSU CONCURSUS
CREDITORUM.

SVMMARIA.

- 1 Connexio.
2. Concursus Creditorum quid?
3. Quotuplex?
4. Concursus
Formalis potiores effectus?
5. Indoles hujus processus quomodo confide-

num

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM. 167

randa? 6. Quanam ejus antecedentia? 7. Que Concomitantia? 8. Que Consequentia? 9. Que Contrariantia? 10. Liquidatio quid? 11. Quomodo expedienda? 12. Debitum indubitate quid? 13. An debitorum confessio uni creditorum falla alii Creditoribus obfit? 14. Assignatio quid? 15. Ejus effectus. 16. Quid si plures assignati? 17. Immissio quid? 18. Ejus effectus. 19. Curatoris constitutio quid? 20. Inter Curatorem & Centra-dictorem an quedam differentia? 21. Curatoris honorum habilitas? 22. Ejus officium. 23. Ejus salario? 24. Edicitalis cunctatio quid? 25. Ejus necessitas. 26. Ilbi assignenda? 27. Quid operetur? 28. Quibus non noceat? 29. Dispu-tatio quid? 30. Ejus fundamentum? 31. An plane omitti possit? 32. Taxa-tio quid? 33. Quomodo facienda? 34. Subbastatio quid? 35. An admis-sat restitutionem in integrum? 36. Ius prima licitationis quid opere-tur? 37. Creditor sub basta emens an compensare possit? 38. Classifica-tio quid? 39. Ejus generulua? 40. Ejus specialia. 41. Quinam in pri-ma classe collocentur? 42. Quinam in secunda? 43. Quinam in ter-tia? 44. Quinam in quarta? 45. Quinam in quinta? 46. Depositio quid? 47. Ejus effectus. 48. Distributio quid? 49. Solutio quid? 50. Quomodo secure prestanta? 51. Interventio quid? 52. Nullitas quid? 53. Ejus effectus. 54. In integrum restitutio quid? 55. Quomque contra-Ventionem subbaesta concedatur? 56. Enormis leso quid sit? 57. Quo-modo probetur?

ACcedit aliquando, ut debitor nimium ære alieno pressus,
vel Ipse bona sua in solutum offerat,
vel Relictis facultatibus suspectis decedat,
vel Fuga sibi ad tempus consulat,
vel Unus aut alter contra Executionem interveniat.

Quo factō tandem nascitur Concursus ut vocant Creditorum.

Est vero Concursus Creditorum actus, quo tres pluresque Credi-tores, contra eundem debitorem se moventes, prævia dispu-tatione super Liquido & prioritate, juxta ordinem in judicio receptum, inter se invicem classificantur.

Hunc uti Doctores in Formalem & Materiale dividunt,
Materiale appellantes, ubi plures Creditores concurrunt, debi-tore solvendo existente;
Formalem dicentes, ubi plures Creditores adiungunt, massa non suffi-ciente,

Initium

Initium Formalis in Curatoris bonorum Constitutione ponentes;
Ita Formalis, de quo potissimum hic, effectus potiores sunt, quod

- 1) Inducat litis pendentiam,
- 2) Impediat processus particulares antea motos,
- 3) Siftat Cursum usurarum,
- 4) Prohibeat jus offerendi, Creditori potiori competens,
- 5) Operetur Causarum continentiam,
- 6) Gignat bonorum omnium communionem,
- 7) Annulet in solutum dationem,
- 8) Post se trahat Paulianam actionem,
- 9) Tollat jus Protomiseos,
- 10) Minuat debitoris praesuntam fidem,
- 11) Excludat ante decretam Executionem,
- 12) Promoveat amicabilem Transactionem.

Hujus indolem, ut recte cognoscere possis, attendendum est ad ejus

- a) Antecedentia,
- b) Concomitantia,
- c) Consequentia,
- d) Contrariantia.

Ad Antecedentia spectat

- 1) Liquidatio,
- 2) Affignatio,
- 3) Immisio,
- 4) Curatoris bonorum constitutio.

Ad Concomitantia pertinet

- 5) Edictalis Citatio,
- 6) Disputatio,
- 7) Taxatio,
- 8) Subhaftatio,

Ad Consequentia referuntur

- 9) Clasificatio,
- 10) Depositio,
- 11) Distributio,
- 12) Solutio,

Ad Contrariantia numeratur

- 13) Interventio,
- 14) Nul-

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM. 169

- 14) Nullitatis Allegatio,
- 15) In integrum restitutio,
- 16) Enormis laesio.

I. *Liquidatio*, est actus, quo Creditores id, quod a Debitore Communi prætendunt, in quali & quanto legitime verificare annituntur.

Morat &c. non inter nec debeat, per Instrumenta Guarentigia, Quorsum & Libri Mercatoriales approbati merito referuntur, Exclusi libris opificum, cujuscunque demum sint conditionis, Atamen & per testes omni exceptione maiores fieri potest, Modo per eorum depositionem Debitum indubitatum probetur, Scilicet ut inde confiter, quid, quale, quantum petatur,

In tantum, ut uno vel altero horum deficiente,

Mediane Interlocutoria super meliore probatione pronuncietur.

Cum autem debitor in præjudicium Creditorum nihil agere possit, Hinc super exceptione simulationis Curator recte juramentum defert,

Licet debitoris adsit confessio judicialis, vel jurata, vel res judicata, *Nisi forte* longissima præscriptione munita sit.

II. *Affignatio* est actus, quo Creditor satisfactione intra tempus definitum non secuta, deficientibus mobilibus & moventibus, in certum immobile ex primo Decreto eum in finem mittitur, ne bonum illud alienari vel oppignorari possit.

Quemadmodum vero haec nil nisi custodiam tribuit,

Debitori facultate reliundi intra annum competente,

Ita plures immitti ex prioritate temporis judicantur.

Nisi missus præterea gaudeat jure prælationis.

III. *Immissio* est actus, quo Creditor assignatus in easum non subsecute satisfactionis in bonum assignatum, ex secundo Decreto eum in finem mittitur, ut solutione cessante bonum illud vendatur, & pecunia inde redacta pro quantitate Crediti ipsi exhibeatur.

Per hanc uti Creditores assignati ius prioritatis consequuntur,

Annexa facultate & fructus percipiendi & bona vendendi,

Ita in ipsorum arbitrio est, utrum ad sui juris conservationem velint.

Y

vel

vel Sequestrem constituere,
vel Bona immisca locare,
vel Ipsi administrare,
vel Ad Curatoris constitutionem provocare.

IV. Cumtoris Constitutio est Actus, quo in communem Creditorum instantiam vel omnium vel plurium vel potiorum, vel etiam nemine petente ex omniis Creditorum quasi communis constituitur, eum in finem, ut super liquido cum Creditoribus experietur, commoda concursus promoveat, & damna omni meliori modo avertat.

Evidenter inter Curatorem & Contradictorem communiter differentiam constituant,

Preprimis in eo, quod ad Curam bonorum etiam juris imperitus admitti possit;

Ait vero in praxi utriusque vices in una persona concurrunt,

Quae ut recte cognoscatur, attendendum ad ejus,

- 1) Habilitatem,
- 2) Officium,
- 3) Salarium.

Habilitas nihil novi habet, dijudicanda ex natura tutelarum & Curatellarum,

Nisi quod unus ex Creditoribus, ceteris paribus, bonorum Curator esse posit.

Cura alias nemo posit fieri curator in rem suam.

Officiis utrū variis pro varietate actuum, qui in concurso occurserunt.

Ira ut plurimum sequentibus absolvitur, ut teneatur, rebus ad communem mastram pertinentibus decenter obsignatis & resignatis.

- a) Inventarii confectionem maturare,
- b) Res, quae servando servari nequeunt, alienare,
- c) Edicalem citationem impetrare,
- d) Praesentium legitimationes examinare,
- e) Absentium contumaciam accusare,
- f) Recognitionem documentorum viosorum declinare,
- g) Exceptiones contra documenta recognita verificare,
- h) Ad

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM. 171

- h) Ad testium examen, ubi opus est provocare,
- i) In defectu alius probationis juramenti delationem usurpare,
- k) Res in fraudem Creditorum celatas explorare,
- l) Bona vulgari pretio destituta præconifare,
- m) Concursum ubivis maturare.

*Salarium cum saepe magnam massæ partem absorbeat,
Aliquando etiam negligentiam & avaritiam Curatoris augeat;
Consultum erit, ut per aversionem statim a Judice constituantur,
Habita ratione non tam numeri Creditorum, quam laborum & stu-*
diorum.

V. *Edictalis Citatio* est actus, quo mediante publico Edicto Credi-
tores noti & ignoti in trium Dominorum territoriis eum in
finem vocantur, ut ad certum Terminum vel ipsi, vel per
procuratores compareant, Credita sua ad liquidum deducant,
cum Curatore Bonorum desuper disputerent, Sententiam ex-
spectent, vel perpetuum silentium patientur.

Hujus necessitas cum præ ceteris in eo potissimum consistat,
Quo concursum motum esse in eorum perveniat notitiam, qui sua
interesse putant.

Ne olim veniat, qui ex capite ignorantiae vel alio ad restitutionem
provocent,

Hinc in ejusmodi locis affigenda, ubi finis hic probaliter obtineri
potest,

Autoritate Judicis Concursus, licet debitor sit persona alias privi-
ligiata,

Trina vice, ut effectum præclusionis consequatur, merito repe-
tenda,

In tantum, ut & Creditores, sub die vel Conditione stringat,

Nec Creditores immisii per protestationem a Concursu se liberare
possint,

Etiam si in reali fructuum perceptione sint constituti,

Nisi jure dominii res quasdam a debitore consecuti fuerint, ante
Concursum,

Aut etiam pignus intuitu Cambii datum possideant.

VI. *Disputatio* est actus, quo Creditores inter se super meliore jure & prælatione per alterna scripta experuntur,

Sicuti vero hæc fundamentum prioritatis querit in
vel *Facto*, si quis ad refectionem ædium se credidisse afferat,
vel *Jure*, si quis pretendat, hypothecam tanquam in bonis
protutoris.

Curritorem bonorum nec directe, nec indirecte attinens,
Ulpote cuius nihil interest, quis prior, quis posterior habeatur,
Ita, quin vel remissive fieri, vel plane omitti possit, dubium non est,
Ad eo, ut debito ad liquidum deducto, creditor præferendus sit,
Licet terminum docendæ prioritatis præterlabi passus fuerit,
Cum judex supplere debeat, quæ a partibus in puncto juris omis-
sa vel neglecta,

Salva manente facultate, ut unus Creditorum alteri juramentum
deferre possit,

Imprimis super ista Circumstantia, in qua prioritatis fundamentum
ponitur,

Quoniam sententia prioritatis nondum lata, singulorum Credito-
rum jura manent integra.

VII. *Taxatio* est actus, quo rerum ad Concursum pertinentium pre-
tia per peritos estimatores tam ad pecuniam numeratam, quam
ad Terminos eum in finem constituuntur, ut vel Credito-
ribus in solutum offerantur, vel publice venum exponantur,

Et si vero hæc ad ordinem L. 15. de re judicata non sit allegata,

Cum debitor Bonis cedendo favori suo renunciaverit;

At tamen non aliter nisi citatis Creditoribus fieri potest,

Juxta communem praesentis valorem constituenda,

Habita potissimum onerum & servitutum ratione, quæ rei taxatae
inherent.

VIII. *Substaſatio* est actus, quo res legitime taxatae eum in finem
publice venum exponuntur, ut elapso fatali & præstitis præ-
standis plus licitanti adjudicentur.

Sicuti vero in hujusmodi substaſationibus Fiscus loco venditoris
est, *Conf. p. 114.*

In tantum, ut quod in venditione voluntaria est traditio, in ne-
cessaria sit adjudicatio.

Refit u-

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM. 173

Restitutio in integrum eodem modo ac contra voluntariam competente,

Modo ad fidem hæc conservandam paulo parcus concedatur,

Cessante interim laſione enormi & enormissima;

Ia jus primæ licitationis juri protimiseos conventionali derogat,

Etiamsi judicialiter constitutum & speciali hypotheca munitum sit,

Salvo jure Retrachus legali & præcipue sanguinis,

Adeo ut nihil referat, licet retrahens, ne obolum in bonis habeat.

Interim Creditor respectu pretii licitati compensare nequit,

Nisi consentiantur, quorum in Concurſu aliquo modo intereat.

IX. Clasſificatio est actus, quo Creditores invicem concurrentes

previa Causæ conſtruſione & prioritatis disputatione, ordine

& decenter ratione fuarum prætensionum collocantur.

In hac rite formanda attendenda sunt:

Generalia & Specialia.

Generalia, quæ in omni concurſu locum habent, in his confiſtant, ut,

a) Defectus inventarii urgeantur,

b) Creditores contumaces præcludantur,

c) Massa ad ſolutionem fortis non ſufficiente, uſuræ prætereauntur,

d) Massa deficiente ultra motum Concursum non adjudicentur,

e) Detentores rerum communium ad rationes adigantur,

f) Meliores legitimationes probationes injungantur,

g) Novæ Citationes, ubi opus eſt, decernantur,

h) Creditores diverforum debitorum ſeparentur,

i) Sententiæ interlocutoriæ, quantum poſſibile evitentur,

k) Expensæ in concurſu factæ minuantur,

l) Rationes ab uno vel altero concurſui redditæ examinentur,

m) Ultra quinque Creditorum Clasſes non confiſtantur.

Specialia variant pro varietate prætensionum, quæ in concurſu occurunt.

Interim in eo conveniunt, quod omnes & singuli Creditores in

5. Clasſes redigantur. In quarum

Prima omnes qui dominium rei ſuæ extantis probarunt,

a) *Deponentes* etiamsi ſit depositum irregulare L. 7. S. 2. ff. deposit.

b) *Cambiantes*, niſi ſit Cambium palliatum.

Y 3

c) *Gom-*

- c) *Commodantes* etiamſi honorarium acceperint,
 - d) *Locantes,*
 - e) *Precario concedentes,*
 - f) *Aſtimatorie tradentes,*
 - g) *Vendentes*, fi de pretio fidem non habuerint, aut emtor doſe induxerit,
 - h) *Mandantes*, ut res ſuæ venderentur rebus nondum venditiſ,
 - i) *Uxores* dotem vel paraphernalia in natura repetentes,
 - k) *Pupilli* bona propria non vero ſua pecunia comparata prä-tendentes,
 - l) *Res furtivas* ſimilesve, vel a fure ipſo, vel a tertio repe-tentes,
 - m) *Oppignonantes* ſoluto eo quod debent, undicunque debitum naſcatur,
 - n) *Liberi* bona materna & materni generis habentes,
 - o) *Parentes* nummos contra SCtum Macedonianum ſolutos vindicantes,
 - p) *Fiscus* bona Caduca & commiſſa petens,
 - q) *Rei* venditæ dominium reſervant̄, niſi residuum pretii ſub uſuris emtori reliquerint,
 - r) *Expensæ* concuſſus, quo & ſalarium Curatoris bonorum pertinet,
 - s) *Sumtu* funeris, modo in funus ipsius debitoris & modice facti,
 - t) *Expensa ultimi morbi*, ne tamen illis eſculenta vel poculen-ta immiſceantur,
 - u) *Onera primipilaria*, licet a tertio ſoluta fuerint,
 - w) *Mercedes* famulorum, modo in viētu debitoris fuerint, & mercedem ſub uſuris non reliquerint,
 - x) *Salaria* präceptōrum & magiſtrorum, tam in Academiis quam ſcholis trivialibus,
 - y) *Rufici* ratione pretii residui, licet dominium ſibi non re-fervaverint,
 - z) *Indebite ſolutorum repetentes*, ubi hanc repetitionem expreſſe ſibi reſervaverunt.
- Secunda ponuntur

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM.

175

1. *Uxores*, scil. ratione dotis a tempore facerdotalis copulæ, para-
phernalium a tempore actualis illationis,

Donationis propter nuptias a tempore constitutæ expressæ hypothecæ,
Exceptis casibus, si uxor

vel illationem probare non possit,
vel bona mariti dilapidaverit,
vel beneficis muliebribus concessis renunciaverit,
vel communem negotiationem cum marito exercuerit,
vel absente marito bona ipsius male administraverit,
vel conitate matrimonio iunctis completata fuerit,
vel illud quod intulit in natura recipere possit.

2 *Fictus* ratione debitorum ex contractu provenientium,

3 *Salaria personarum Ecclesiasticarum & similium,*

4 *Debita Jurisdictionalia magistratui competentia.*

5 *Quæ ad militiam consequendam Credita*

6 *Qui ad refectionem domus exustæ quid crediderunt.*

7 *Pecunias hereditarias exigentes,*

8 *Semina & sumptus agriculturæ repetentes,*

9 *Onera publica ad evitandam executionem suppeditantes.*

In tertia Collocantur, quibus jus reale competit, sed sine prælatione,

a) *Uxores* ratione alimentorum & sustentationis,

b) *Liberi* in bonis patris ratione bonorum maternorum & ma-
terni generis,

c) *Pupilli*, & his similes in bonis tutorum & prototorum,

d) *Pie cause* in bonis Antifitum & Administratorum,

e) *Salinatores* in bonis fluorum Magistrorum,

f) *Locatores* in rebus illatis a Conductore licet ipsis alias pro-
spectum sit,

g) *Legatarii* in bonis defuncti pro quantitate Legati,

h) *Liberi* in bonis Vitrici, si mater tutrix ad secunda vota, non-
dum redditis rationibus transierit,

i) *Hypothecarii*, si judicialis sit hypotheca & in feudis consen-
tu Domini munita,

k) *Arestantes*, si Arestum rite justificaverint.

In Quarta Classe collocantur solum personaliter privilegiati, ut
sunt

I Depo-

- 1 *Deponentes*, si res deposita non amplius existet,
- 2 *Alimenta petentes* propter precedentem contractum,
- 3 *Mutuantes*, si sine usuris mutuum crediderint,
- 4 *Advocati & Procuratores* salario sua petentes,
- 5 *Fiscus*, ratione mulctae a tempore Judicati secus in ducatu Magdeburgico, ubi in secunda clasie ponitur. *O. Pr. C. 49.*
el. 2. §. 34.

In Quinta Classe ponuntur reliqui simplices chirographarii.

Absque ulla temporis vel causæ debendi differentia.

Pro rata quantitatis, si massa non sufficiat.

X. *Depositio* est actus, quo pretia ex rebus venditis redacta, tamdiu in judicio custodire traduntur, donec inter Creditores super prioritatem pronunciatum & judicatum fuerit;

Ex hac uti multa sepe oriuntur incommoda,

Imprimis, si judex vel plane non, vel non sufficienter possessio-

tus sit; *Ita* in casu, ubi Creditor rem sub hasta emit, Compensatione uti nequit,

Licet de ejus prioritatem ex Actis abunde constet,

Nisi omnes, quorum interest, eo nomine consentiant.

Interim effectus depositionis potissimum in eo consistit,

Hec deponens liberam capiat possessionem, & ab omni debito reali immunis sit.

XI. *Distributio* est actus, quo pecunia ex rebus debtoris redacta juxta Classes antea enumeratas, deductis deducendis, per Sententiam inter Creditores dividitur.

XII. *Solutio* est actus, quo juxta ordinem Sententiae Distributoriae uni vel alteri Creditorum ex massa communi vel totum Creditum, vel pars eius realiter praestatur.

Hec ubi ante rem judicatam sit, cautionem sufficientem requirit,
De restituenda sorte intra 24 horas, in casum, si succubuerit,
Absque usuris, nisi illas quoque expressis verbis promiserit.

XIII. *Interventio* est actus, quo unus vel alter ex Non-Creditori- bus, propter interesse suum peculiare concursui se immisceret, petendo, ut res ipsi magis quam Extraneo vel Creditori ad-judicetur.

Hec

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM.

177

Hec ubi Interveniens interesse suum in continent docet, Adjudicationem impedit,

Alias praestita Cautione de restituendo Adjudicatio nihilominus expeditur.

XIV. *Nullitas allegatio* est actus, quo debitor vel ipse, vel ejus heres Formalia Concursus impugnat, petendo, ut quæ nulliter gesta & alienata, a possessoribus rursus revocentur.

Ista uti raro movetur, ob difficilem, quam post se trahit, probationem,

Imprimis cum pro Actis judicialibus Præsumtio Formalium pugnet, ita illa probata, quin Judex Litem suam faciat, dubium non est, In tantum, ut & debitori & tertio possessori ad omne interesse tenetur.

XV. *In integrum restitutio* est actus, quo debitor vel ipse vel tertius in Concursu interesse habens, ob lesionem alicujus momenti, ex causa in Legibus approbata omnia in pristinum statum, imprimis quoad vditionem immobilium reduci petit.

Quamvis vero contra venditorem sub hasta regulariter denegatur restitutio,

Quo Fiscus eo plures reperiat emtores,

Præterea iustum præsumatur pretium, quod plus licitans obtulit;
Atqui binc fangi nec probari posit legalis laesio;

Attamen cum Fiscus plus juris pretendere nequeat, quam alias Venditor,

Neque a Licatione ad justitiam pretii valeat argumentatio.

Hinc Lege non distingueente, nec nostrum erit distinguere,

Modo bona sub hasta vendita sint laesi propria, non tertii.

Cum quæ singulariter introducta, magis sunt restringenda, quam extendenda.

XVI. Enormis laesio est actus, ubi prædia & res communis debitoris infra dimidium justi pretii venduntur.

Hec licet ut plurimum difficillimæ probationis sit.

Cum vero absque dolo contingere poscit,

Præterea non quanti res confiterit, sed quanti valuerit, considerandum sit;

Attamen quia per peritos estimatores probari potest,

Z

Impri-

In primis, si tales res sint, quæ pretium affectionis non recipiunt,
Hinc dubitandum non est, quin interdum locum habeat,

NOTABILIA.

- 1 Quod debitor bonis cessurus vel coram judge suo, vel ipso spre-
to, statim coram judge superiori provocare, & creditorum
suum citationem ibi petere posset.
- 2 Quod præmium aliquod emturus cautele instar observare debe-
at, ut citari curet edictaliter omnes illos, qui jus aliquod rea-
le in isto prædio forte prætendunt, sub præjudicio præclu-
sionis.
- 3 Quod contra civitatem moto concursu, illa lite pendente salario
suum merito deducere posset.
- 4 Quod si ante concursum res aliqua vel adjudicata, vel a debitore
in solutum data, vel ita tradita, ut creditor in solutum cape-
re possit, quandocunque velit, hæc & similia, per concursum
deinde motum non mutentur.
- 5 Quod non obstante concurfu, Creditor qui concursui se semel
immiscerit, vel contra Corrum agere, vel tertium rei hypo-
thecate possessorem convenire possit.
- 6 Quod debitor cessione facta, hereditatem sibi delatam repudia-
re non prohibeatur, l. 6. §. 2. que in fraud. Cred. modo repudia-
tio non sit facta vel simulata.
- 7 Quod Creditor patris contra Liberos defuncti agens, probare
teneatur, ipsos hereditatem adiisse, etiamsi liberi sint sui he-
redes, & in bonis paternis actualiter commorenentur.
- 8 Quod Creditor in bona debitoris communis missus de fructibus
perceptis juratas rationes reddere teneatur, licet debitor ipsi
promiserit, quod simplici ipsius assertioni stare velit, aut ju-
dex ipsi hoc onus sub initio immissionis remiserit.
- 9 Quod Major pars Creditorum cum debitore pacientium &
partem debiti remittentium, etiam reliquos Chirographarios
obliget, ut pro rata quid remittant, modo omnes requisiti fu-
erint. Ord. Camb. M. art. 38.
- 10 Quod Bibliopola libros semel venditos, apud studiosum deco-
torem, vel plane penes tertium repertos vindicare ac repe-
tere nequeat. *Mevius.*

ii Quod

DE PROCESSU CONCURSUS CREDITORUM. 179

- 11 Quod Actuarii Judicij & Justitiarii, si in pane & convictu Praefecti vel Nobilis fuerint, in eadem classe locandi sint, qua famuli ratione mercedis collocantur.
- 12 Quod uxor ratione dotis & reliquorum illatorum nihilominus gaudeat jure prælationis & hypothecæ, licet vel obærato sciens nupserit, vel ex bonis mariti sibi non satisfecerit, cum satisfacere potuerit, idem rationes, in contrarium allegari solite sint prorsus irrelevantes & nihil inferentes.
- 13 Quod marito in bonis ipsi ab uxore in casum mortis per pacta dotalia promissis, nec jus prioritatis nec tacite hypothecæ competit.
- 14 Quod Creditor primus in oppignorationem secundi vel tertii Creditoris consentiens, non in totum, sed in tantum, in quantum consenfit, a suo jure recessisse videatur.
- 15 Quod Creditori ex cuius pecunia forte anteriori Creditori Hypothecario fuerit satisfactum, propterea in locum & iusta istius Creditoris non succedat.
- 16 Quod Collegio si debitor Collega ex ratiociniis quid debeat, nequidem privilegium personale competit.
- 17 Quod emtor sub hasta, si pretium semel solvit, vel depositum, satis securus sit, nec ab ullo Creditorum conveniri possit, etiam si pretium ad omnium satisfactionem non sufficerit,
- 18 Quod ea, que in fraudem Creditorum per titulum onerosum alienata sunt, etiam post annum & perpetuo, mediante Actione Pauliana revocari possit L. 10. §. 24. ff. que in fraud. Credit.
- 19 Quod Emotor rei sub hasta pretium rei emata sub praetextu nondum finiti Concursus retinere nequeat, etiamsi ipse vel privilegio prælationis gaudeat, vel usuras intermedii temporis offerat, ac alias sit satis possessionatus.
- 20 Quod libri ejus, contra quem formalis Concursus motus fuit, licet omnibus Creditoribus satisfecerit, aut postea ad meliorem conditionem pervenerit, semiplenam fidem amplius non mereantur.
- 21 Quod Creditor, qui pignus speciale habet, non nisi hoc excuso, in alia debitoris bona, Immisionem petere possit,

Z. 2

22 Quod



- 22** Quod Creditor per violentam invasionem bona debitoris occupans in poenam *L. Siquis in tanta 7. C. unde Vi.* quidem incidat, ad prosecutionem tamen sui debiti tamdiu admittatur, donec sententia super violenta occupatione lata fuerit, & vires rei judicatae acceperit.
- 23** Quod emtori sub hasta prædium subhaftatum adjudicandum sit, licet olim illud debitori communi pro multo majore pretio vendiderit.

AXIOMATA.

- 1** Jura vigilantibus scripta.
- 2** Cujus fidem quis secutus est in dando, illius fidem quoque sequatur recipiendo.
- 3** Ubi fides habita de pretio, ibi cessat Rei vindicatio.
- 4** In negotiis singularibus res non succedit in locum pretii, nec pretium in locum rei.
- 5** Qua sciens Viro obærato nubit, mulier propterea in dolo non esse præsumitur.
- 6** Non datur hypotheca tacita & legalis absque clara & expressa Lege.
- 7** Qua contra communem juris dispositionem specialiter introducta sunt, non debent produci ad consequentiam, licet eadem subsit ratio.
- 8** In pari causa, melior est ratio possidentis.
- 9** Privilegium prælationis Uxori competens nec est cessibile, nec ad heredes transmissibile.
- 10** Venditio sub hasta facta sine omni dolo & fraude facta esse præsumitur.
- 11** Ex quibus omnium Creditorum Conditio facta est melior, illa quoque præ omnibus Creditoribus merito ex communi mafia deducuntur.
- 12** Edictalis Citatio neminem præcludit, nisi fuerit tria vice repetita.

S. D. G.

DN (O) KG

155485


AB 155485

ULB Halle
002 416 328

3



Sba
1018



GODOFREDI Boenigk's/ Lips.

PHIL. ET JUR. U. DOCTOR.

THE. ET JUR. C. DOCTOR.

PRACTICA PRACTICATA,

h. c.

n. c.


Fundamenta Processus Civilis, per Definitiones, Divisiones, Præsupposita & Axiomata succincte exposita, per varias formulas scriptorum in Foro occurrentium illustrata, & ad casum in Contradictorio adhuc pendentem applicata,

MELIORIS ORDINIS ERGO IN TRES PARTES

DIVISA,
QVARUM PRIMA IPSA FUNDAMENTA,
SECUNDA FORMULAS SCRIPTORUM PROCESSUALIUM,
TERTIA CASUM ET PROCESSUM IN TERMINIS
CONTINET.

PARS PRIMA.

ORDINE PERVENIES, QVO NON DATUR IRE LABORE.
EDITIO SECUNDA PRIORI MULTO AUCTION ET CORRECTIOR.



FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,

IMPENSORI ET LIPSIÆ,
Imperfis JOH. FRIDERICI ZEIDLERI, MDCCXVII.